6
43-0
11

n

6. 43. 0. 11

Google

CL.
PTOLEMAEI
ALEXANDRINI.

GEOGRAPHIAE LIBRI OCTO.

recogniti iam et diligenter emendati cum tabulis geographicis ad mentem auctoris restitutis ac emendatis, per GERARDVM MERCATOREM, *Illuſtriſs. Ducis Cliuenſis etc. Coſmographum.*



Cum gratia & Priuilegio Sac. Cæſ. Maieſtat.

M. D. LXXXIV.

D. ABRAHAMO ORTELIO, ANTVVERPIANO, GEOGRAPHO,

ARNOLDVS MYLIVS, VRYMOERS-HEYMENSIS S. D.

QVANDOQVIDEM doctis compluribus, mi chariſsime D. Abrahame, eas Ptolemæi Geographicas tabulas, quas clariſsimus, doctiſsimusquè Mathematicus D. Gerardus Mercator nuper edidit, plurimum placere vidi, optari etiam frequentiſsimè audiui, vt ipſum Ptolemæi opus adiunctum eſſet, non ingratam me ſtudioſis collocaturum operam exiſtimaui, ſi eam ipſam editionem quam ille maximè in tabulis ſecutus eſt, recudendam, adiectis ipſiſmet tabulis, curarem. Verſio eſt BILIBALDI PIRCKHEIMERI, eruditione tum græcæ linguæ, tum Matheſeos (ſine qua nihil heic laude dignum præſtiterit interpres) viri inſtructiſsimi, quam veterũ græcorum exemplarium collatione MICHAEL VILLANOVANVS poſtea recognouit. Ante viginti quoque annos IOSEPHVS MOLETIVS eandem multorum rurſus Græcorum codicum conſenſu ad priſtinam veritatem quàm pluribus locis ita redegit, vt quantum ad primæ antiquitatis reſtitutionem attinet, poſtremam manum addidiſſe videri poſsit, qua de cauſa illum etiam præ cæteris ſibi innumeris locorũ indicibus ſequẽdum exiſtimauit Mercator noſter, vtpote qui indignum iniquumq́; cẽſeret, tam nobilem veteremq́; Geographũ, aliter, quàm ſcripſiſſet ipſe, in lucem proferre, ac venerandam antiquitatem deformare, ideoq́; ab illo nuſquã plane diſceſsit, niſi vbi aut contra ordinẽ à Ptolomæo libro 2. cap: 1. præſcriptum, peccatum animaduertit, aut ſitus manifeſtè cognita veritas alterius cuiuſq́; exemplaris numeros approbaret. Quicquid autem mutauit, ne quis eum temeritatis argueret, eius rationes in tabularum frontiſpicijs annotauit. In ipſa etiam Ptolemæi recognitione noſtro rogatu, præcipuè primo & ſeptimo libro, quædam aut obſcurè dicta, aut tranſpoſita, aut corruptè à typographis expreſſa, quæq́; in demonſtrationibus errata deprehendit, pauciſsimis immutatis & ſine interpretis iniuria, diligenter caſtigauit. Quapropter quod ad nos attinet, opus ad auctoris mentem reſtitutum damus, nihil addentes, nihil detrahentes, ne alienæ meſsis intempeſtiui & iniqui defalcatores reperiamur. Præſtat enim celebres huiuſmodi antiquitates, etiamſi nonnunquam à vero deuias, tamen ſacras incontaminatasq́; & illæſas ſeruare, ne poſteris melioris interpretationis, & latentis alicubi veritatis detegendæ occaſio præcidatur. Quemadmodum octauo libro, grauiter in eo peccatum eſt, quod maximarum dierum quantitatem & diſtantiam horariam à meridiano Alexandriæ ex adſignatis à Ptolemæo in præcedentibus libris latitudinum & longitudinum numeris emendandas plerique cenſuerint, atque etiam emendare auſi fuerint, quum ſint doctorum virorum ac mercatorum paſsim conquiſitæ obſeruationes, quas vel in minimo apice violare piaculum eſt. Etenim poſteris illæ ad caſtigandas etiam Ptolemæi diſpoſitiones vtiliſsimæ erant futuræ, quum iam, quid in ijs permanſerit integrum, quidq́; emendatum aut corruptum, ſciri omnino nequeat, ita vt tanta veterum diligentia, tantusq́; labor, temerario poſterorum quorundam auſu, nobis perierit ac inutilis redditus ſit. Nomina recentiora veteribus adſcripta, quia ſubinde nitſolis untur coniecturis, frequentiſsimè etiam à vero aberrant, conſultò omiſimus. Aliam veterum recentiorumq́; nominum conciliationem ex tertio Geographiæ Mercatoris opere, ſi ſuperuixerit, exſpectamus, ex quo faciliimè nouæ veteriſq́; Geographiæ collatio innoteſcet. Commentaria quoque in

primum

primum & ſeptimum libros à Moletio addita, prætermiſimus, quod pauci ad Geographiæ praxim animum applicent: ſed ad veteris hiſtoriæ lectionem, & antiquitatis contemplationem maxima ex parte omnes, quibus ea, quæ hic ſunt hiſtorica (ea autem captu ſunt faciliima) cognoſcere ſufficit. Quod ſi quis ad praxim contendat, eum antea Aſtronomiæ, Geometriæ, Arithmeticæque rudimentis imbutum eſſe oportet, quæ cum alterius ſint claſſis, non hic tradenda ſunt: ſed hiſce inſtructo, inſtrumentis demum ad hoc exercitium veniendum eſt. Laborioſè nimis nec ſatis vtiliter ſimul diſcuntur, quæ impermixtam habent tractationem, qualia ſunt Theorica & praxis cuiuſcunque ſcientiæ, quorum vnum quidem ſeruit alteri, alterum verò non viciſſim priori: itaq; & ordine primum Theorica, deinde Praxis diſcenda eſt. Ad Geographicum artificium nemo felicius acceſſerit, quàm qui principia Geometriæ, circulos præcipuos, motus & accidentia, communionemq; vtriuſque ſphæræ, primas item Arithmeticæ regulas antea perceperit. Recentiores Geographiæ tabulas hic addi non conueniebat, quòd Theatrum tuum orbis terrarum, opus per ſe magnum ſatis, iam in omnium ferè manibus verſetur, &, quod ab ipſomet Mercatore adhuc exſpectamus, maius etiam futurum ſit, quàm vt commodè cum Ptolemæi opere compaginari poſſit, quin & ſeorſim ligata, vtriuſque Geographiæ volumina habere, ad maiorem conferendi commoditatem erit multò vtilius.

Accipe itaq; mi D. Abrahame Ptolemæum hunc obſeruandæ antiquitatis & venerandæ eruditionis ſenem, nudè per ſe loquentem, quem tibi inſcribendum duximus, túm quod Geographica Geographis maximè conueniant, túm etiam, quòd ipſi D. Gerardo Mercatori vetus ſis amicus, à quo quicquid in hac materia proficiſcitur, nunquam tibi non gratum eſſe ſciam. demum etiam, quod veluti corpus animo, ſic nobis inter nos indiſſolubili amicitiæ vinculo coniuncti cunctis, qui nos nouerunt, videri ſoliti ſimus, vt nemini hoc opus magis, quàm vni tibi, à me deberi facilè omnes iudicauerint. Bene vale, & hoc pretioſo theſauro vtere feliciter. Coloniæ Calendis Iulij, Anno D. 1 5 8 3.

AD CLARISSIMVM, DOCTISSIMVMQVE D. GERARDVM MERCATOREM, RVPPELMVNDANVM, ILLVSTRISSIMI DVCIS CLIVIAE MATHEMATICVM, MICHAEL AB ISSELT AMORFORTIVS.

Vitrea miratus fertur Deus æthera quondam,
Arte Syracuſij fabrificata ſenis.
Suſpiceretne etiam terras atq; æquora picta
Quæ Ptolemæa manus condidit arte pari?
Per geminos quiſquis diſcurrere climata mundi,
Et diuerſa ſitu regna videre cupis.
Nauibus haud opus eſt, vel equis, pedibuſve quadrigis,
Non ad Hyperboreas ire ſubire niues.
En potes è tabulis pictos adiſcere mundos,
Atque domi geminos tutus adire polos.
Quicquid id eſt Ptolemæe tibi debemus, agemus
Sed nunquam merito gratia digna tuo.
Te ſine geſtarum rerum narratio ſurda,
Qualibet hiſtoria lectio cæca foret.
Tu iudex Regum, ſi quando terminus agri
Aut regni litem venerit, eſſe potes.
Per te quam latè Deus hoc dominetur in orbe
Cernimus, & ſub ſe Cynthia quicquid habet.

Attamen errorum nobis Ptolemæe fuiſſet,
Corruptus ſermo duxq; parensq; tuo:
Si Mercatoris medicas apponere palmas,
Et purgare tuum non placuiſſet opus.
Ruppelmunde ſenex quo ſit tua gloria maior,
Gratia quo nunquam ſit moritura tibi,
Adde opus in manibus quod habes, mundiq; ſenectam
Adde iuuentuti, iunge polumq; polo.
Terrarum vt ſcriptis mutatio facta, ſuperſunt
Quæ regna atque vrbes, quæ periere, queat.
Vt Teutoburgum plus quam tua mœnia laudem
Romule, ſiue ſcholas Græcia docta tuas.
Te calamo, has armis aperire incognita regna,
Pauca quidem numero, vix potuiſſe liquet.
At Teutoburgum veteriq; nouiq; per orbis
Extremas terras ire videre dabit.
Te Venerande Senex ſeruent pia numina ſaluum,
Donec perfectum prodeat illud opus.

CLAVDII PTOLEMAEI ALEXANDRINI, GEOGRAPHICÆ ENARRATIONIS,

LIBER I.

PRIMO LIBRO HAEC CONTI. nentur.

1 Inquo differat Geographia à Chorographia.
2 Quænam ſint ad Geographiam præſupponenda.
3 Qnaliter ab ſtadiorum nnmero alicuius diſtantiæ rectæ (licet non ſub eodem fuerit meridiano)ambitus huius ſtadiorum numeri ſumantur & econtra.
4 Quòd ea quæ ex apparentibus obſeruata ſnnt, præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis cõperta ſunt hiſtoria.
5 Quod hiſtorijs noniſſimis magis ſit ad hærẽdum, propter mutationes,quæ per tempora accidunt in terra.
6 De Geographica Marini enarratione.
7 Rectificatio diſtantiæ latitudinis terræ cognitæ ex apparentibus,ſecundum Marinnm.
8 Eadem rectificatio ab emenſione itinerum.
9 Eadem rectificatio à nauigationibus factis.
10 Quòd non oporteat Aethiopes ſupponere meridionaliores,quam ſit parallelus oppoſitus per Meroem.
11 De ijs, quæ ad longitudinem orbis non rectè à Marino ſunt excogitata.
12 Emendatio longitudinis terræ cognitæ à peragrationibus.
13 Eadem emendatio à nanigationibus.
14 De nauigatione à Cherſoneſo aurea ad Cattigara.
15 De ijs, quæ in particulari expoſitione Marini diſſentiant.
16 Quòd eum latuere quædam in prouinciarum terminationibus.
17 In quibus ipſe diſſentit ab ijs,quæ noſtro æuo hiſtorijs ſunt prodita.
18 Quàm ſint inutiles Marini compoſitiones ad deſignationem orbis.
19 De commoditate enarrationis noſtræ ad deſignationem orbis.
20 De menſuratione inconcinna Tabulæ Geographicæ,à Marino compoſitæ.
21 Quænam obſeruanda ſint in deſignatione fienda in plano.
22 Qnaliter oporteat orbem in ſphæra deſcribere.
13 Expoſitio meridianornm & parallelorum, qui deſcriptioni ſunt apponendi.
24 Modus per quem orbis in plano ita deſcribi poſſit, vt commenſuratione ſimilis ſit poſitioni ſphæricæ.

In quo differat Geographia à Chorographia.

CAPVT I.

GEOGRAPHIA imitatio eſt picturæ totius partis terræ cognitæ, cum ijs, quæ ſibi quaſi vniuerſaliter ſunt annexa. Differt autẽ à Chorographia, nam illa per partes loca reſecat, ſeorſumq; ſingula & vnumquodq; iuxta ſe conſtituit, ac fermè omnia etiam minntiſſima illa quæ depræhendere poſſumus, deſcribit, veluti portus, vicos, populos, nec non à primoribus fluminib. diuertigia, & his ſimilia. Geographiæ autem proprium eſt, vnã & continnam terram cognitã oſtendere quemadmodum ſe habeat natura & poſitione, eaq; ſolum in omnino deprehẽſibilioribus verſatur deſcriptionibus, veluti ſinuum, & ciuitatũm magnarũ, gentium quoq;, & fluuiorum, nec non circa ea, quæ ſecundum ſpeciem vniuſculuſqne ſunt inſigniora. Porrò finis Chorographicus connexione particulari continetur, veluti ſi quis aurem tantum aut oculũ imitetur. Geographicus autem contemplatione totius, proportionaliter ijs, qui integrum caput deſcribunt. Quum enim omnibus, quæ ſupponnntur imaginibus, præcipuæ partes neceſſario atq; in primis adaptentur, ac etiam quæ picturas excepturæ ſunt, diſtantijs, ſufficienti remotione oculorum commenſuratæ eſſe debeant, ſine perfectum ſit quod pingitur, ſiue particulare, quo cuncta ſenſibiliter percipi valeant: rationabiliter ſimul & vtiliter ſequutum eſt, vt Chorographiæ minutiſſimæ proprietates, Geographiæ autem regiones ipſæ cum ijs quæ vniuerſaliter eis adiacẽt, attribuantur. Quoniam & primariæ orbis partes, regionum nempè ſitus, tam magnitudine quam mẽſuratione rectè ſunt coordinatæ. At inter has ipſas vt ſeſe habeant, quam plurimæ ſunt differentiæ.

Verſatur autem Chorographia vt plurimum circa qnale magis diſponẽdum, quàm circa quantum: ſiquidem vbiqne qualitatis curam gerit, at non ita commenſurationis poſitionum. Geographia autem circa quantum magis, quam circa quale: quandoquidem in omnibus diligentem proportionis diſtantiarum rationem habet: ſimilitudinis verò vſque ad maximarum partium circumſcriptiones, & iuxta figuram ipſam tantum. Vnde illa quidem locorum eget pictura, nemoq; eam rectè exercebit, niſi vir pingendi gnarus: hęc verò nequaquam, nam per lineas etiam tenues ac denorationes tantum, poſitiones & vniuerſi figurationes oſtendere poteſt. Quapropter illa quidem haudquaquam mathematico indiget inſtituto, hic verò pars ea præcipuè requiritur. Conſiderare enim oportet, & totius terræ figuram ac magnitudinem, nec non ſitum eius ad

cœlum, quò cognita ipſius pars, quanta ſit & qualis, recenſeri poſſit. inſuper & loca eius ſingula, ſub quibus cœleſtis ſphæræ ſita ſint parallelis, ex quibus & noctium & dierum magnitudines, & quænam ſtellæ fixæ verticales fiant: & quæ ſuper terrã, quæque ſub terra ferantur ſemper: ac omnia quæ de habitationis ratione connectimus, percipi poſſunt. Quæ cuncta ſublimiſſimæ ac pulcherrimæ ſunt ſpeculationis, quum humanis deprehenſionibus, per Mathematicas rationes oſtendi poſſit, quo pacto cœlum ipſum natura ſe habeat, quoniam nobis magna ea parte conſpicuum eſſe poteſt. Terra autem per imaginem, quia licet certa ſit & maxima, non tamẽ nos circumambit, neque tota ſimul, neq; particulatim ab eiſdem hominibus peragrari poteſt.

Quænam ſint ad Geographiam præſupponenda.

CAPVT II.

QVIS igitur finis ſit eius qui Geographiam exercere velit, ac in quo differat à Chorographia, per hæc quaſi ſummatim ſit notatum. Cum verò in præſentiarum ſit propoſitum, noſtræ habitabilis deſcribere orbem, vt quam maxime cum veritate congruat, neceſſarium arbitramur præmittere, peregrinationis hiſtoriam eſſe, quæ notitiam præſtet ad inſtitutionem talem, vtpote quæ plurimum afferat cognitionis, ea traditione eorum qui præditi ſcientia ſpeculatiua, regiones particulatim peragrarunt: quodque conſideratio ac traditio hæc partim ſit geometrica, partim verò ſuperiorum conſtet obſeruatione. Siquidem ad Geometriam ſpectat, quòd per ſubtiles diſtantiarum dimenſiones locorum inter ſeſe poſitiones reddantur manifeſtæ: ad obſeruationem autem ſuperiorum, quod idem fiat per apparentia, ex inſtrumentis, quibus aſtra & vmbræ obſeruantur, quod & perfectius eſt & certius, alterum autem difficilius, ac illius indigens ope. Primum enim quum neceſſarium exiſtat, vt ſupponatur, ſecundum vtrũque modum, ad quamnam mundi poſitionem, duorum locorum inquiſitorum diſtantia vergat, (nõ enim ſimpliciter, aut ſolum hoc ſcire oportet, quantum locus vnus diſtet ab alio, ſed quonam verſus, hoc eſt, vt dicere ſciamus, num ad ſeptentrionem, aut ortum, ſiue ad particulares eorum inclinationes tendat) impoſſibile eſt exactè hoc conſiderare, abſque obſeruatione, quæ per prædicta fit inſtrumenta, per quæ in omni loco ac tempore facilè, & lineæ meridianæ poſitio oſtenditur, & per ipſam ignoræ locorum diſtantiæ. Inde & hoc concedi neceſſe eſt, dimenſionem quæ per numerum fit ſtadiorũ, haudquaquam certam nobis iuxta veritatem præbere deprehenſionem: quoniam rarò in vias rectas incidere contingit, propter circuitus varios, qui & euntibus & nauigantibus occurrere ſolent: & quia neceſſe eſt, ad rectitudinẽ inueniẽdam id quod in vijs, tã ea qualitatibus, quàm ex quantitatibus redundat, coniecturando tamen, ab integris ſubtrahere ſtadijs. In nauigationibus autem ventorum flatus, qui vt plurimum vires eaſdem haud ſeruant, ad diiudicandum penitus norma carent. Inſuper licet diſtantia quædã inter duo loca emenſa exactè cognita fuerit, non ideo tamen ratio ipſius ad totius terræ ambitum, nec poſitio, vtrum ad æquinoctialem ſeu polos tendat, patebit. Dimenſio verò quæ fit per cœli apparentia, certam de ſingulis his cognitionem affert, oſtenditq; qualeſnam circunferentias inuicem per loca ſubiecta deſcripti intercipiant circuli, paralleliq; & meridiani: hoc eſt, paralleli circunferẽtias, quæ incidũt inter ipſos & æquinoctialem meridianorum: illi autem eas, quæ continentur ab ipſis, & æquinoctialis, & parallelorum: ac etiam qualem circunferentiã duo intercipiant loca, circuli illius qui in terra maximus ſcribitur. Nihil deniq; ſtadiorum indiget dinumeratione, ſiue ad rationem earum partium, quę à terra ſunt, ſiue ad deſcriptionis circuitum vniuerſum: ſufficit enim ſupponere ambitũ telluris in partes quotquot voluerimus, per totidemq; partes oſtendere diſtantias in circulis maximis, ſuper telluris ſuperficie deſcriptis. Sed forſitan ad diuidendum noſtris dimenſionibus totum ambitum, aut partes illius in ſubiecta ac nota interualla hæc minus ſufficient. Ideo huius rei gratia ſolum, neceſſe fuit viam quandam rectam adaptare circumferentiæ, quæ iuxta continentiam ſimilis eſſet maximo circulo, ac rationem huius ſumere ad circulum qui fit ex apparentibus: ſtadiorum verò numerum, qui ſub ipſa continetur, ex dimenſione quæ fit à parte data, ſicq; multitudinem ſtadiorum toties ambitus demonſtrare. Cum enim ex mathematicis præſupponatur, continuã & terræ & maris ſuperficiem, quaſi per totas partes eſſe rotundam & idem centrũ habere cum ſphæra cœleſtium: ſequitur etiam ſingulas ipſius inciſiones communes, quæ ex centro in planum, necnon ex dictis emittũtur ſuperficiebus maximos in ſemetipſis facere circulos, anguloſque in ipſo plano ad centrum concluſos, ſimiles circulorum intercipere portiones, diſtantiarum earum, quæ in terra ſunt. Ac ideo quantitatem ſtadiorum, vbi directa fuerint ex dimenſionibus accipi poſſe: rationem verò quæ ad totum eſt ambitum, ex ipſis quidem nullatenus, propter defectum pertingentiæ parabolæ. A ſimili autem circumferentia circuli cœleſtis, rectè ſumuntur, quoniam ratio illius ad proprium ambitum deprehendi poteſt, eadem autem fit & à ſimili parte circa terram ad circulum in ea maximum.

Qualiter à ſtadiorum Numero alicuius diſtantiæ rectæ, licet non ſub eodem ſit meridiano, ambitus huius ſtadiorum numeri accipiantur et econtra.

CAPVT III.

QVi ante nos fuerunt, non ſolum rectam aliquam diſtantiam in terra inquirebãt, vbi maximi circuli facit circumferentiam, ſed eam quoque, quæ poſitionem in vnius meridiani plano haberet: per Sciotheroſque obſeruabant ſigna duo, quæ ſuper verticem erant diſtantiæ, iuxta circumferentiam, quæ ibi ſub ipſis intercipiebatur meridianis, quæ ſimilis eſſet itinere: quumque hæc ſingulatim, vt diximus, in plano conſtituebantur, lineæ rectæ quæ per extremitates ad ſigna, quæ ſuper verticem erant, egrediebantur, inter ſe concurrebant, qoia centrum circulorum, commune erat coincidentiæ ſignum. Quanta igitur apparebat circunferentia, quæ inter ſigna erat verticalia, ac pars eſſet circuli, qui per polos ſcribitur, tantam etiam ſupponebant in terra diſtantiam ambitus totius. Vnde ſi etiam non per polos circulum ſecundum dimenſam ſumpſerimꝰ diſtantiam, ſed à quolibet maximorum oſtendi poteſt. Idem nobis patebit, ſi per inſtrumentum, quo ſublimiora conſiderantur, eleuationes poli in termi-

nis fuerint obſeruatæ, nec non poſitione animaduerſa, quam diſtantia ad alium habet meridianum. Per quod etiam Meteoroſcopium multa alia vtiliſſima facilè deprehendere poſſimus. Sed & quolibet die & nocte inxta obſeruationis locum eleuationem poli Borealis omniq; hora ſitum meridionalem, nec non habitudines declinationum ad ipſum, hoc eſt qnales faciat angulos per viam deſcriptus circulus maximus cum meridiano, ad ſignum quod eſt ſuper verticem: per quos ſimiliter quæſitam circumferentiam ex ipſo oſtendimus Meteoroſcopio: & eã quoque, quæ inter duos intercipitur meridianos, quum alij fuerint quam æquinoctialis paralleli. Ita vt per talem modum, ſi ſolum diſtantia vna recta in terra fuerit dimenſa, totus etiam numerus ſtadiorum, quos ambitus continet, inueniri poſſit. Per hęc inde reliqnnm, necnon aliorum itinerum interualla, etiam ſine dimenſione cognoſcuutur, licet non penitus ſuerint recta, neque ſub eodem meridiano aut parallelo conſtituta, dummodo id qnod ad omnem inclinationem proprium eſt, diligenter accipiatur, pariter & terminorum elenationes obſeruentur. Rnrſus etiam pro ratione circumſerentiæ, quæ diſtantiam extendit ad circulum maximum, ſtadiorum quoque mnltitudo à deprehenſo totius terræ ambitu facile conſiderari poteſt.

Quod ea quæ ex apparentib. obſeruata ſunt, præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis comperta ſunt hiſtoria.

CAPVT IIII.

IGITVR, quum hæc ita ſe habeant, ſi ij, qni particulatim regiones peragrarunt, talibus quibuſdam obſeruationibus vſi fuiſſent, certam penitus orbis deſcriptionem facere potuiſſent. Verum cum ſolus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatum (reſpectu tantæ multitudinis, quam in Geographia deſignare neceſſe eſt) eleuationes poli Borealis tradiderit, easq; eidem ſubiectas parallelo. Quidam verò cum illis pariter loca quædam oppoſita, non quæ æqualiter ab æquinoctiali diſtarent, ſed quæ plane ſub eodem eſſent meridiano, ex eo quod mutuæ eorum nauigationes ſecundæ ad arctum vel notum tenderent. Diſtantiæ verò quam plurimę, & præcipuè illæ, quę ad ortum vel occaſum vergnnt, imperfectiorẽ aſſequutę ſunt traditionem: non incuria eorum, qui hiſtorias condiderunt, ſed ideo forſitan, quia conſiderationes Mathematicales nondnm exactè erant perceptæ, nec adhuc multæ deſectiones Lunares eodẽ tempore, in locis diuerſis obſeruatæ fuerant. Nã literis mandatum eſt Eclipſim eam, quę hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuiſſe ſecunda. Ex qnibus manifeſtum redditur, quot temporibus æqninoctialibus inter ſe loca diſtent, ad ortum vel occaſum. Rationabile quoq; erit, & his conſequens, eum qui Coſmographiam tractare velit, ea loca, q̃ per diligentiores obſeruationes deprchenſa ſunt, deſignationi ſuę tanquam fundamẽta quędam præſupponere, quæ verò ab alijs tradita ſunt, his adaptare, quonſq; poſitiones eorum inuicem cum iis, quæ prius fuerunt obſeruata, tanquam traditionibus certiora, potiſſimum congruant.

Quod hiſtorijs nouiſſimis magis ſit adhærendum, propter mutationes, quæ per tẽpora accidunt in terra.

CAPVT V.

IGITVR deſcriptionis aggreſſio, tali forſitan continetur propoſito: Verum quum in omnibus locis, quæ non penitus vel propter magnitudinis exceſſum, vel quia non ſemper eodẽ ſe habeant modo, deprehenſa ſunt, ſemper vnũquodque tempus hiſtoriam, tanquam certiorem præferre ſolet: ita etiam in Geographia accidit. Conſtat enim per ipſas temporum traditiones, multas partes continentis terræ, quæ à nobis habitatur, nondum propter difficilem magnitudinis peragrationem ad notitiam peruenisse. Quaſdam verò non tales, ac ferture eſſe eorum culpa qui hiſtoriis exceperunt fabuloſiſſimas. Nonnullas autem nunc longe aliter quam olim habere, vel propter particulares earum deuaſtationes, vel etiam immutationes. Vnde neceſſe eſt, vt ibi nouiſſimis temporis noſtri traditionibus, penitus quaſi adhæreamus, obſeruantes obiter & hiſtoriæ antiquæ expoſitionem, nec nõ prædictorum dijudicationem, vt liquere poſſit, quid fide dignum, quidue ſit erroneũ.

De geographica Marini enarratione.

CAPVT VI.

MARINVS itaq; Tytius, nouiſſimus eorum qui noſtro fuerunt tempore, parti huic ſummo ſtudio incubuiſſe videtur. Patet enim plurimas cum hiſtorias euoluiſſe, vltra eas etiam quæ prioribus cognitæ fuerant temporibus, ac ſcripta ferè omnium, qui eum præceſſere, diligentiſſimè percepiſſe. Quoniam ea quæ minus decenter, tam à priſcis illis, quàm à ſemetipſo credita fuerant, decenti primũ rectificatione exornauit: quemadmodum ex æditionibus ipſius emendationis tabulæ Geographicæ (nam plures ſunt) conſiderare licet. Proinde, ſi cerneremus, nihil in vltima ſua deeſſe compoſitione, poſſemusq; ex ſolis monimentis illis, orbis deſignationem perficere, nullum vlterius in hac re laborem ſuſciperemus: verum cum manifeſte liqueat, quædam eum eũ minus fide digna perceptione collegiſſe, ſæpius præterea in deſcriptionis inſtitutione, nec facilitatis, neq; de dimenſionibus debitam curam habuiſſe: iuſtè moti ſumus, vt viri huius negotiũ ſuſceptum, quantum operæ precium arbitramur, ad rationabiliorem, & vtiliorẽ reduceremus modum. Quod quidem quam ſuccinctius poſſimus, facere conabimur, cõſiderantes, breuib. nos ea, quæ ad vtrãq; ſpeciem conſerunt, ratione quadam conſequi poſſe. Ac primũ quidem ab hiſtoria initium faciemus, ſecundum quam exiſtimat ipſe, & longitudinem terræ cognitæ plus ad orientem, latitudinem verò ad meridiem produci oportere. Deinde forſitan nõ ineptè totius ſuperficiei diſtantiã, ab ortu occaſum vſque, longitudinem, eam vero quæ eſt ab arcto, meridiem verſus latitudinem vocabimus. Quoniam & parallelos, iuxta motum cœleſtẽ, eodem appellabimꝰ nomine. Sed & vniuerſaliter qnidẽ diſtantię maiori, rectè longitudo eſt attribuenda: ſiquidem plane hoc ab omnibus conceſſum eſt, quod orbis terrarũ diſtantia ab ortu verſus occaſum, longe maior exiſtit, quàm ea quæ à ſeptentrione eſt ad meridiem.

Rectificatio diſtantiæ latitudinis terræ cognitæ, ex apparentibus ſecundum Marinum.

CAPVT. VII.

PRIMVM igitur latitudinis terminum præſupponit ipſe Thylem, ſub parallelo, qui borealiſſimam terræ nobis cognitæ partem ſegregat. Parallelum verò hunc demonſtrat ab æquinoctiali diſtare ad ſummum partib. 63. qualium eſt circulus meridianus trecẽtarum ſexaginta: ſtadijs verò milibus triginta, ac inſuper mille quingẽtis, ita, vt pars vna quingenta fermè compræhendat ſtadia. Deinde Aethiopum regionẽ quæ vocatur Agiſymba, & Praſſium promontoriũ ſub eo ponit parallelo, qui auſtraliſſimũ terræ cognitæ finit terminũ, quem etiam ſub hyberno ponit tropico: ita vt ſecundũ ipſum, tota orbis latitudo, iuncto tropico hyberno partium fiat octuaginta ſeptem, ſtadia verò compleat quadraginta & tria millia quingenta. Quinetiã rationabiliter finem auſtralis demonſtrare conatur, per apparentia quædam, vt ipſe putat, necnon per itinera, quæ & terra & mari hiſtorijs ſunt prodita: quæ ſingula quaſi ex tranſcurſu conſideranda erunt. Sanè in enumeratione apparẽtium, compoſitione ſua tertia, ita ait: Zodiacus in zona torrida totus ſuper ipſam apparet, quapropter in ea tranſmutantur vmbræ ac omnia aſtra occidunt & oriuntur. Sola aũt Vrſa minor tota ſupra terrã apparere incipit, in borealioribus Ocelc, ſtadijs quinq; millibus quingẽtis. Parallelus enim per Ocelem partibus eleuatur vndecim ac quinta duplici. Ab Hiparcho autem traditur, minoris Vrſæ ſtellam borealiſſimam, vltimam autem caudæ, à polo diſtare partibus duodecim, quintisq; duabus. Porrò ijs, inquit, qui ab æquinoctiali ad æſtiuum progrediuntur tropicum, polus borealis ſemper plus ſupra horizontem attollitur, auſtralis verò plus ſub horizonte deprimitur. Qui verò ab æquinoctiali ad brumalem pergunt tropicum, ijs polus auſtralis ſupra horizontem eleuatur, borealis verò ſub horizonte mergitur. Igitur per hæc ſolum exponit quæ accidere debent locis, quæ ſub æquinoctiali ſunt, vel inter tropicos poſita. Atqui, ſi etiam ita ſe habeat hiſtoria, apparentia tamen in locis, æquinoctiali auſtralioribus, nequaquam appoſuit, veluti quę nam ſtellę ſuper verticem fiant, in locis illis, quæ æquinoctiali ſunt auſtraliora. aut quantũ ad auſtrũ declinent vmbræ meridianę in æquinoctijs, vtrumne Vrſæ minoris ſtellæ omnes oriantur & occidant: ac rurſus quænam ex ipſis penitus non appareant, quum polus auſtralis ſuper horizontem eleuatur. In cæteris inde dicit, quædam obſeruata eſſe apparentia, verũ nec illa propoſitum vllo pacto oſtendere poſſunt. Ait enim eos, qui ex India in Lymyricem nauigant (quemadmodum narrat Diodorus Samius in tertio) Taurũ in medio habere cœlo, Pliades verò ſecundum antẽnas medias. Qui verò ex Arabia in Azaniam ſerũtur, nauigationem dirigere ad meridiem, & ſtellam Canobum, quæ ibi Equus vocatur, eſtq; auſtraliſſima. Cæterum aſtra quædã apud illos apparent, quæ apud nos ne nominãtur quidem. Canisq; Anticane prior oritur, & Orion ante conuerſiones æſtiuas totus. Ex his igitur ſtellis apparentibus quædam manifeſtè oſtendunt, quænam habitationes æquinoctiali ſint borealiores, veluti Taurus & Plias quæ ſuper verticem fiunt. nã aſtra hæc æquinoctiali ſunt borealiora: quędã aũt nihilo magis borealiorib. auſtraliores eſſe demonſtrant. Canobus enim apparere poteſt etiam ijs qui longè æſtiuo tropico ſunt ſeptentrionaliores. Multæq; ſtellæ, quę ſemper apud nos ſub terra ſunt in locis qui nobis ſunt auſtraliores, ac etiam ijs, qui æquinoctiali ſunt borealiores, velut ijs, qui circa Meroem habitant, ſuper terram fiunt. Quemadmodum Canobus ipſe, qui nobis borealioribus hiemi minimè apparet. Et hunc quidem meridionaliores, & nullum alium, qui nobis ſit incognitus, Equum vocitant. Adijcit & ipſe mathematicis rationibus deprehenſum eſſe, Orionẽ totũ ante cõuerſiones æſtiuas apparere, ijs qui ſub æquinoctiali habitant. At Canis oriri incipit, priuſquã Procanis, ijs, qui ſub æquinoctiali habitant, & ab ipſis Syenẽ vſq;, ita, vt nec horũ quoq; apparentiũ peculiare exiſtat, oſtendere habitationes aliquas æquinoctiali eſſe auſtraliores.

Eadem rectificatio ab emenſione itinerum.

CAPVT VIII.

PRoinde in itinerũ emenſione, dum per terrã ſingulatim profectionum cõputat dies, à Lepti magna, vſq; ad regionem Agiſymbam, hãc æquinoctiali auſtraliorẽ eſſe ſtadijs quatuor milibus ſexcentis octuaginta colligit. Rurſusq; ſecundũ dies nauigationis per mare, à Ptolemaide, quæ eſt in Troglodytica, ad Praſſum promontoriũ, æquinoctiali id auſtralius eſſe colligit, ſtadijs viginti & ſeptem milibus octingentis: ita vt & Praſſum promontorium, & Agiſymbam regionẽ, quæ Aethiopũ eſt, & quæ, vt ipſe dicit, nec dum Aethiopiã ab auſtro diſterminat, ad oppoſitũ eorũ producat, qui gelidam inhabitant zonam. Siquidẽ viginti ſeptem milia & octingenta ſtadia, conſtituũt in æquinoctiali partes quinquaginta quinq; & tertias quinq;, quot & ab altera æquinoctialis parte diſtant, ac ſub ſimilis frigiditatis qualitate, Scythæ degunt & Sarmatæ, qui ſeptẽtrionalia Mæotidis incolunt paludis. Contrahit igitur & ipſe numerũ expoſitorum ſtadiorum in ſummam dimidio minorem, hoc eſt in ſtadia duodecim milia, quot fermè hyemalis tropicus diſtat ab æquinoctiali. Addit & contractionis huius ſolummodo diuerſiones à vijs rectis, necnon irregularitates itinerũ cauſas eſſe: obmiſſis potioribus & promptioribus, ex quibus nõ ſolum diminutio neceſſaria videtur, ſed etiam vt ad tam paruum redigatur numerũ. Primum enim de itinere quo à Garama ad Aethiopiã itur, Septimiũ Flacũ, ait, qui in Libya militauerat, à Garamantibus, ad Aethiopes, quũ ad meridiem perrexiſſet, triũ mẽſiũ ſpacio perueniſſe: Iuliũ verò Maternũ à Lepti magna, quũ Garamãtes ex Garama Aethiopes inuaſiſſẽt, mẽſibus quatuor ad Agiſymbã Aethiopum regionẽ applicuiſſe, quũ iter ſẽper ad meridiẽ direxiſſet, quo in loco Rhinocerotes congregantur. Quæ vtraq; per ſeſe incredibilia ſunt, & qa Aethiopes interiores, nõ tantũ à Garamãtib. ſegregantur, vt trimeſtri diſtent itinere. Quũ iã ipſi potius Aethiopes exiſtãt, & eundẽ quẽ & illi habeant regẽ. Et quia penitus ridiculũ eſt, Incurſionẽ regi contra ſubditos ſuper vnã diſtantiã ſolã factã fuiſſe, nẽpe à ſeptẽtrione ad meridiẽ: quũ gẽtes illę, vtrinq;, & ad ortũ & occaſum latiſſimè extendantur, ac nullibi eũ moras relatu dignas feciſſe. Quapropter certũ eſt, viros illos falſa nunciaſſe, aut ſic ad meridiẽ dixiſſe, quemadmodum indigenæ dicere conſueuerunt in Auſtrum, aut in Aphricum, pro certiori, eo quod magis notum eſt, abutentes.

Eadem

Eadem rectificatio à nauigationibus exactis.

CAPVT IX.

POSTEA de nauigatione inter Aromata & Rapta, Diogenem quendam ait, qui in Indiam nauigarat, ac ſecundo fuerat reuerſus, quum propè Aromata nauigaſſet, à ſeptẽtrione arreptum eſſe, quumq; Troglodyticam à dextra habuiſſet, dieb. viginti quinq; ad paludes, ex quib. Nilus fluit, applicuiſſe, quibus Raptorũ promontoriũ paululũ eſt Auſtralius. Theophilũ aũt quẽdam ex ijs, qui in Azamã nauigare conſueuerunt, à Raptis ſoluiſſe, ac Auſtri flatu die vigeſimo ad Aromata perueniſſe. Verum neuter horum, quot dierum nauigatio illa eſſet, aperuit, ſed Theophilus ſe die vigeſimo illac applicuiſſe, Diogenes verò diebus viginti quinque Troglodyticam præternauigaſſe dixit, ſolum referentes quot diebus nauigaſſent, minimè autem aduertentes, quot dierũ nauigatio illa, propter ventorum in tanto tempore irregularitatem & immutationem eſſet, neq; vtrum tota nauigatio illa ad ſeptentrionem, aut meridiem facta fuiſſet. Verum Diogenes ſe tantum Septentrione impulſum eſſe, Theophilus autem ſolũ auſtro nauigaſſe retulit: reliquam aũt nauigationem, quod eundẽ ſemper tenorẽ ſeruauerit, neuter dixit. Quod enim naues illæ tot diebus, eodem fuerint impulſæ vento, haudquaquam eſt credibile: ac ideo diſtantiam eam, quam Diogenes, inter Aromata & paludes, quibus Raptum promontorium auſtralius exiſtit, viginti quinq; emenſus eſt diebus: Theophilus à Raptis ad Aromata, longè maiorem viginti diebus exegit. Theophilusque diei ac noctis nauigationem mille eſſe ſtadia ſuppoſuit: cui rei licet ipſe aſtipuletur, ait tamẽ nauigationem eã, quæ à Raptis ad Praſſum promontorium ac multorum eſt dierum, quinque milium tantum à Dioſcoro ſtadiorum ſupponi: quum facile, vt par eſt, venti ſub æquinoctiali mutantur, ac ideo ſecundum ipſum etiam ſolis tranſitus ad obliqua celeriores ponuntur. Ob hæc igitur magis decuiſſet, vt relatæ dietum multitudini, fidem haud præſtitiſſet. Et ideo etiam quod omnium maniſeſtiſſimum eſt, quod Aethiopes & Rhinocerotum conuentum ex oppoſito gelidæ conſtituit zonæ, quum ratio ipſa dictitet omnia, quæ ſub eadem aeris qualitate poſita ſunt eſſe ſimilia, ſiue plãtę ſint, ſeu animalia, imitariq; ſimilitudines cœli, quæ ſub eiſdem ſunt parallelis, aut illis qui æqualiter ab vtroq; diſtant polo. Quapropter Marinus, ſolum vſque ad tropicum hybernum contraxit diſtantiã, nulla rationabili cauſa de contractionis quantitate reddita. Quod ſi quis & dierũ numerum & ſeriẽ acceptaret peragrationũ, quemadmodum ipſe fecit, hæcq; ſeruaret, quantitatẽ ſolum diurnorum ſtadiorũ præter modũ & conſuetudinẽ minueret, antequã terminus ad eũ perueniret parallelum, ad quem ipſe venire cenſet oportere. Atqui contrarium potius ſequi deberet. Nempe vt poſſibilitati diurnæ peregrinationis crederetur, tenori aũt perpetuo tã iuxta æqualitatẽ, quã ſecundũ poſitionẽ, minimè fides adhiberetur, tanquam impoſibile exiſtat, vt diſtantia inquiſita per hęc accipi valeat, aut illud ſolũ quod ea maior fiat ſub æquinoctiali: verũ rectius ab aliquo eorũ quæ manifeſtius apparẽt, deprehendi potuiſſet, tale enim longè fuiſſet certius, ſi quis magis mathematicè cõſideraſſet, quæ regionib. illis accidere ſolent. Verũ cũ hiſtoria talia pręſtare nequeat, reliquũ eſt vt à ſimplicioribus plenius conſideretur rationabile quantitatis vltra æquinoctialẽ egreſſionis. At illa per formas & colores animalium, quæ in locis illis ſunt, percipi poteſt. Vnde ſequitur parallelũ per Agiſymbam regionẽ, quæ ſine cõtrouerſia Aethiopũ eſt, nequaquã ad hibernũ vſq; pertingere tropicũ, ſed citra æquinoctialẽ potius terminare, nõ enim apud nos in oppoſitis locis, hoc eſt, ſub tropico æſtiuo, homines iam Aethiopum colores habẽt neq; Rhinocerotes ſunt, aut Elephantes, ſed in haud multũ illis auſtralioribus modice exiſtũt nigri. Quemadmodũ qui intra Syenẽ triginta habitant ſchœnis, qualeſq; ſunt Garamantes, quos Marinus ob hãc cauſam, nequaquã ſub tropico æſtiuo, neq; eo borealiores, ſed prorſus auſtraliores ſedes habere inquit, in locis verò circa Meroem, iam ſatis colore ſunt nigri, & primũ Aethiopes meri, ibiq; Elephantũ ac mirabiliorũ animalium paſcitur genus.

QVOD NON OPORTEAT

Aethiopes ſupponere meridionaliores quam ſit parallelus oppoſitus per Meroem.

CAPVT X.

QVAPROPTER bene habet vſq; huc, id eſt, Aethiopes vſq;, quemadmodũ nobis traditio hiſtorię de mõſtruoſis, quę in illis degũt oris, explicat, conſtatq; Agiſymbã regionẽ, & Praſſum promontorium, cũ iis quæ eidem ſubiacent parallelo, deſcribendã eſſe, ſub eo fermè, qui ipſi opponitur p Meroẽ, hoc eſt, qui ab ęquinoctiali meridiẽ verſus diſtat partibus æqualibus ſedecim ac tertia vna cum duodecima, ſtadijs verò octo milibus ac ducentis ferè. Ita vt ſi tota latitudo exactius colligatur, partes ſit nouem & ſeptuaginta tertia vna cum duodecima, vel integræ octuaginta, ſtadia verò milia quadraginta. Credendum prætera diſtantiam à eam, quę eſt inter magnam Leptim & Garamã, quemadmodũ & Flaccus & Maternus ſuppoſuerunt, ſtadiorum eſſe quinq; milium quadringentorum. Siquidẽ viginti dies ſecundi ſunt itineris, plus quam primi abbreuiati, tam ad meridiem quam ad ſeptentriones, quum primum propter diuerſiones dierũ ſit triginta: nam & ſtadiorum numerum dierum vniuſcuiuſque, eos qui loca illa peragrarunt, ſepiſſimè annotaſſe ferunt, nõ ſolum quia ita cõmodum, ſed & propter æquationum diſtantias neceſſariũ fuerit. Proinde quemadmodũ de vijs magnis & raris dubitare oportet, præcipuè vbi diſtantiæ emenſæ haud concordant, ita de non magnis, ſed ſæpe & à multis peragrantibus vnanimiter relatis credere decet.

De iis quæ ad longitudinem orbis non rectè à Marino ſunt excogitata.

CAPVT XI.

IGITVR ex his nobis planè factum eſt perſpicuum, quantum orbis latitudo extendi poſſit: longitudinem verò Marinus contineri facit ſub duobus meridianis, qui interualla horaria diſterminant quindecim: nobis verò videtur & ea quoq; diſtãtiæ menſuratio plus extẽdi ad ortũ ꝙ oporteat, etenim ſi hic quoq; contractio facta fuerit rationabilis, tota lõgitudo nõ integris duodecim internallis horarijs conſtabit: quũ inſulæ Fortunatæ occidentaliſſimo termino cõſtituãtur ęquales, orientali autẽ immaniſſimę partes Serę ac Sinę, necnon Cattigaræ. Porrò in diſtantia, quæ eſt ab inſulis Fortunatis ad Euphratis trãſitũ, p Hieropolim, ſi parallelus, qui per Rhodũ eſt, obſeruetur, quadrabit nu

turris ſtadiorum per ſingula loca ab ipſo relatus. quũ id ex frequenti itineris vſu compertum eſt. Quinetiam ſi ex maioribus ratiocinandum fuerit diſtantijs, apparebit, eum in rectificatione illius, quod propter diuerticula & Profectionum redundabat irregularitates, debitum aſſequutum eſſe. Sed & in hoc quoque rectè ſentit, partem vnam qualium eſt circulus maximus trecentorum ſexaginta, quingenta in terra conſtituere ſtadia, id enim confeſſis dimenſionibus conſonum exiſtit. Circumferentiam autem ipſi ſimilem, paralleli eius, qui per Rhodum tranſit, hoc eſt, qui ab æquinoctiali abeſt partibus triginta ſex, quadringenta ferè compræhẽdere ſtadia. nam id quod iuxta conſentaneam parallelorum rationem ſuperat, quum in exactiori depræhẽſione modicum exiſtat, obmittendum eſt. Cæterum diſtantiam eam, quæ à prædicto Euphratis tranſitu, vſque ad turrim eſt lapideã, ac per ipſum eſſe colligitur ſchœnorum octingentorum ſeptuaginta ſex, ſtadiorum verò viginti & ſex milium necnon ducentorum octuaginta; eam præterea quam ipſe à lapidea turri, vſque ad Seras, quæ Serum eſt metropolis, viæ ſeptimeſtris, eſſe, ſtadiorum autem triginta ſex milium & ducentorum aſſerit: vtramque tanquam ſub eodem parallelo, ſecundum inſtitutum noſtrum, in debitam contrahemus rectificationem. Quandoquidem conſtat, eum in ambobus itineribus nequaquã minuiſſe id quod propter diuerticula ſuperabundabat: quin in ſecundo etiam itinere in eoſdem incidiſſe errores, quibus & in itinere à Garamãtibus vſq; ad regionem Agiſymbam, lapſus eſt. Nam & ibi quoque collectum ſtadiorum numerum menſium quatuor & dierum quatuordecim plus quam in dimidiam partem contrahere fuit coactus. Quum, incredibile ſit, tam longo tempore continuam peregrinationem factam fuiſſe, vt rationabiliter ſpacium ſeptem menſium attingere potuiſſet, & multo magis quam in itinere à Garamantibus, nam illud à regionis illius Rege cum prouidentia, vt par erat & non fortuito peragrari potuit, ſed & perpetua ibi fuit tranquillitas: via autem quæ eſt à turri lapidea ad Seras vſque, vehementiſſimis obnoxia eſt tempeſtatibus. Nam ex ijs quæ ipſe ſupponit parallelis, illis qui per Helleſpontum & Byzantium tranſeunt, ſubiecta eſt. Quapropter multas etiam in eundo moras accidere neceſſe fuit. Nam & per negociationis occaſionem cognita eſt. Refert enim Clementem quendam qui & Titianus vocabatur, virum Macedonem, ac patre mercatore natum, dimenſionem hanc conſcripſiſſe, licet ipſe nũquam ad Seras acceſſiſſet, ſed ſolum quoſdam illac miſiſſet. Atqui & ipſe Marinus mercatorum hiſtorijs nequaquam fidem adhibere videtur. Nam Philemonis relationi, qua longitudinem inſulæ Hiberniæ ab ortu occaſum vſque viginti dierum eſſe tradidit, haud quaquam aſtipulatur, quoniam videbatur hoc à mercatoribus percepiſſe, quos mercatura occupatos, veritatis indagationem haud curare ait: quin ſæpius diſtantias arroganti quadam iactatione augere. Proinde de peregrinatione iſta menſium ſeptem, nil aliud memoratu dignum quam quanta fuerit, ab ijs, qui illam exegerant, relatum eſſe, monſtro ſimile, ob temporis prolixitatem eſſe videtur.

Emendatio longitudinis terræ cognitæ à peregrinationibus.

CAPVT XII.

PROPTER hæc itaque, & quia iter non ſub vno ſit parallelo, ſed turris lapidea poſita ſit circa eum, qui per Byzantium, Seræ autem magis auſtrales, ſub eo qui per Helleſpontum ſcribitur, rationabile viſũ fuiſſet, & hic quoque multitudinem ſtadiorum, quę ex ſeptimeſtri collecta eſt itinere, triginta ſex milium ac ducentorum, minus quam in ſemiſſem diminuere. Cæterum in dimidium, tãquam plenioris depræhenſionis gratia, tantum contrahatur, ita, vt expoſita diſtantia eſſe computetur ſtadiorum decem & octo milium, ac centum, necnon quartæ vnius, partium verò quadraginta quinque ac quarta vna. Etenim abſurdum eſſet, & ſatis à ratione alienum, vt quis in vtraque via tantam ſupponeret diminutionem, ac in illa ab Garamantibus, quia argumẽta teſiſterent, hoc eſt, propter differẽtias animalium quæ per Agiſymbam ſunt regionem, ac loca naturalia tranſcendere nequeunt, ipſius ſequeretur opinionem, in illa tamen via, quæ eſt à turri lapidea, ea quæ rationi ſunt conſona acceptare nollet, quoniam ibi nullum tale eſſet argumentum, ex quo ſimile quid ſequeretur. Sed per totam diſtantiam, ſiue ea maior exiſteret ſiue minor, ſimilem eſſe cœli qualitatem contenderet, ac ſi quis nequaquam rectè per modum philoſophiæ peculiarem coniectare poſſet, niſi in ijs, quæ penitus manifeſta eſſent. Proinde diſtantia prior, ea inquam quæ ab Euphrate ad lapideam eſt turrim, octingentorum ſeptuaginta ſex ſchœnorum, propter viarum diuerticula, ad octingentos ſchœnos tantum, ſtadia verò viginti quatuor milia contrahenda eſt. Credatur enim ei, quod in continuitate illa, & per partes commenſuratas, iamque peragratas, verã aſſequutus ſit dimenſionem, quod verò diuerticula habeat plurima, ex ijs manifeſtum eſt, quæ Marinus ipſe ſupponit. Concedatur enim viam quæ ab Euphratis traiectu per Hierapolim eſt ad Tigrim, & inde per Garameos Aſſyriæ, & Mediæ in Ecbatanas, et portas Caſpias, per Parthiamque in Hecatonpylum. incidere circa parallelum, qui per Rhodum tranſit: nam ille ſecundum ipſum etiam per dictas ſcribitur regiones. Viam tamen quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniam ciuitatem ducit, ad ſeptentrionem declinare neceſſe eſt, quum Hyrcania ciuitas, quodam modo in medio poſita ſit paralleli qui per Smyrnã, & eius qui per Helleſpontum eſt. Quapropter is qui Smyrnam tranſit, ſuper ipſam Hyrcaniæ regionem ſcribendus eſt: qui verò per Helleſpõtum, per partes auſtrales maris Hircani, quæ parum ſeptentrionaliores ſunt, quam eiuſdem nominis ciuitas. Rurſus via ab hac in Margianam Antiochiam per Ariam primo quidem Arla, quę ſub eodẽ parallelo ſita eſt, qui per Caſpias tranſit portas, ad meridiem declinat: inde ad Arctos, quũ Antiochia illa collocata ſit ſub parallelo qui per Helleſpontum tranſit, à qua via quæ ad Bactra ducit, protenditur ad ortum: quæ verò inde ſequitur ad aſcenſum regionis montanæ Comedorum ad ſeptemtriones. At illa, quæ per montana ipſa eſt vſque ad vallem, quæ campeſtria excipit, ad meridiem tendit. Siquidem Borealia & occidentaliſſima montanæ regionis, vbi eſt aſcenſus, ſub eo parallelo ponit, qui per Byzantium

um tranſit. Auſtralia autem, & quæ ad ortum vergunt, ſub eo qui per Helleſponium. Quapropter illam tradit reciprocam eſſe, ita vt modo ad ortũ vergat, mox & ad auſtrum. Inde viam, quæ ad turrim vſque eſt lapideam Schœnorum quinquaginta ad arctos declinare par eſt. Etenim vallem inquit, aſcẽdentes lapidea excipit turris, à qua montes qui ad ortum tendunt, monti coniungit Imao, qui à Palimbrotis inſurgit ad Arctum. Si igitur partibus ſexaginta, quæ ex viginti quatuor milibus colliguntur ſtadijs, quot à turri lapidea vſq; ad Seras ſunt, partes adijciantur, quadragintaquinque & quarta, ioterſtitium ab Euphrate ad Seras vſq; per Rhodi parallelum partium erit centum quinque & quartæ vnius. Quinetiã ex ijs quæ ipſe per particulatem ſtadiorum numerum, tanquam ſub eodem parallelo ſupponit, colligitur diſtantiam, quæ eſt à meridiano inſularum Fortunatarum vſque ad Sacrum Hiſpaniæ promontorium, partium eſſe duarum & ſemis. Hinc ad Bætis oſtia, & Calpem vtrinque pariter partes duas & ſemiſſem: quæ verò ſequitur ab hoſtijs Bætis Carallim vſque Sardiniæ, partes eſſe quinque & viginti. A Carallis autem in Lylybæum Siciliæ quatuor & ſemiſſem, ac inde ad Pachynum tres, rurſuſque à Pachyno in Tenarum Laconiæ partes decem. Inde Rhodum octo & quartam, à Rhodo verò ad Iſſum vndecim cum quarta. Ab Iſſo autem ad Euphratem duas ac ſemiſſem, ita vt tota hæc diſtantia partium eſſe ſeptuaginta duarum colligatur. Longitudo vero totius terræ cognitæ à meridiano per Inſulas Fortunatas, vſque ad Seras partium centum ſeptuaginta ſeptem cum quarta vna.

Eadem emendatio à nauigationibus.

CAPVT XIII.

PROINDE quis talem eſſe longitudinem etiam coniectare poſſet per interualla, quæ ipſe in nauigatione ponit ab India vſque ad ſinum Sinarum & Cattigarorum, ſi nauigationes ſecundum ſinuationes & irregularitates, nec non poſitiones conſideraret, iuxta appropinquationem adiectionum. Etenim à promontorio, quod poſt Colchicum eſt ſinum, Corique vocatur, Argaricum ſinum ſuſcipi ait, qui vſque ad Cururam ciuitatem tria milia & quadringenta contineat ſtadia: Corymque Cururæ ciuitatẽ, quaſi à Borea ſitam eſſe. Colligitur ergo transfretationem hanc, ſi tertia pars iuxta conſequens Gangetici ſinus fuerit ſubducta, duorum milium ac triginta ferè ſtadiorum, vnà cũ curſus inæqualitate exiſtere: à quibus ſi continuitatis gratia iterum pars tertia dempta fuerit, ſtadia mille trecenta ac quinquaginta fermè depræbendentur, iuxta poſitionem ad Boream: quod ſpacium ſi ad parallelam æquinoctialis lineam, et tanquam ad Apeliotem traductum fuerit, per diminutionem medietatis congruenter intercepto angulo, diſtantiam quæ inter duos meridianos eſt habebimus, et eius quæ per Cory promontorium, et quæ per Cururam eſt ciuitatem: ſtadiorum quidem ſexcentorum ſeptuaginta quinque, partis verò vnius ferè cum tertia: propterea quod paralleli, per loca hæc nil oota dignum à maximo differant circulo. Rurſus nauigatio à Curura ciuitate, inquit, ad hibernum ſolis eſt ortum, Paluras vſque ſtadiorum nouem milium quadringentorum quinquaginta: à quibus ſi ob curſus irregularitatem tertiam illam pariter detraxerimus partem, diſtantiam, quæ ex continuitate conflatur, & quaſi verſus Eurum tendit, habebimus, ſtadiorum fere ſex milium trecentorum. Porrò ſi ab his quoque ſextam dempſerimus partem, vt diſtantia ad lineam parallelam æquinoctialis redigatur, meridianorum quoque horum diſtantiam inueniemus ſtadiorum eſſe quinque milium ducentorum quinquaginta, partium verò decem & ſemis. Inde verò ſinum Gangeticum eſſe ponit, ſtadiorum decem & nouem milium, enauigationem verò illorum, à Paluris ad Sadam milia tredecim, quaſi ad ortum æquinoctialem. Quapropter tertia tantum pars ſpacij huius, propter nauigationis irregularitatem detrahenda eſt, ita vt & horum meridianorum diſtantia eſſe reliquatur, ſtadiorum octo milium ſexcentorum ſeptuaginta, partium verò decem & ſeptem cum tertia vna. Reliquam verò nauigationem à Sada vſque ad ciuitatem Tamalam, ſtadiorum eſſe facit trium milium ac quingentorum, quaſi ad ortum hybernum: à quibus ſi iterum tertiã deduxerimus partem, habebimus curſus continui, ſtadia duo milia trecenta triginta: quod ſi ob inclinationem ad Eurum ſextam etiã dempſerimus partem, expoſitorum quoq; meridianorum inueniemus diſtantiam, ſtadiorum eſſe mille nongentorum & quadraginta, partium verò trium ferè nec non ſemis & tertiæ. Deinde transfretationẽ à Tamala, ad Cherſoneſum auream, ſtadiorum eſſe ponit, mille ſexcentorum quaſi rurſus ad ortum hybernum, ita vt ſi ibi quoque ſimiles auferantur partes, relinquatur diſtantiam meridianorum ſtadiorum eſſe noniogentorũ, partis verò vnius, cum quintis quatuor Diſtantia autem, quæ à Cory promontorio, ad auream vſque eſt Cherſoneſum, partium eſſe colligatur trigiota quatuor cum quintis quatuor.

De nauigatione à Cherſoneſo aurea ad Catigara.

CAPVT XIIII.

CAETERVM ſtadiorum numerum eius nauigationis, quæ eſt ab aurea Cherſoneſo ad Catigara, Marinus haud explicat: refert autem Alexãdrum ſcripſiſſe terram inde contrariam eſſe meridiei, & qui iuxta illam nauigant diebus viginti applicare ad ciuitatem Zabas, à Zabis verò nauigantes ad auſtrum, magiſque in læuam, diebus aliquot Cattigara excipere. Adauget igitur diſtantiam expoſitam, dies aliquot pro multis excipiens: nam propter multitudinem, inquit, eos haud eſſe comprehenſos numero. quod ego quidem ridiculum cẽſeo: quis enim dierũ numerus infinitus erit? etiam ſi totius terræ peragratæ ambitum contineat? aut quid prohibebat Alexandrum pro quibuſdam dicere multos? quemadmodum Dioſcorum retuliſſe, inquit, nauigationem à Raptis ad Praſſum multorum eſſe dierum. Atqui rationabilius eſt, vt quis dies aliquot pro paucis intelligat, nam talem dicendi modum reprehendere conſueuimus. Verum ne & nos quoque multitudinem aliquam propoſitam, ad ſimplices tãtum coniecturas adaptare videamur, aſſumamus nauigationem à Cherſoneſo aurea vſq; ad Cattigaras ex viginti diebus, qui ad Zabam, necnon ex alijs quibuſdã qui ad Cattigara ſunt compoſitam, quemadmodũ & nauigatio illa ab Aromatis ad Praſſum pro-

montorium, quæ & ipſa ex pari dierum numero viginti ad Rapta compoſita eſt ſecundum Theophilum, & ex alijs multis, quæ ſecundum Dioſcorũ ſunt ad Praſſum, vt & Marinum pariter imitemur, qui dies aliquot comparat multis. Poſtquam igitur per certas rationes, nec non ex apparentibus ipſis oſtendimus Praſſum eſſe ſub parallelo, qui ab ęquinoctiali abeſt, meridiem verſus partibus ſedecim tertia vna & duodecima, paralleluſq; qui per Aromata tranſit, ab æquinoctiali verſus ſeptentriones partibus diſtet quatuor & quarta, ita vt ſi tota diſtantia, quæ ab Aromatis eſt ad Praſſum, in vnum contrahatur partium viginti & tertiarum duarum eſſe colligatur: forſitan non ineptè totidem ab aurea Cherſoneſo ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigaram. Porrò diſtantiam, quæ eſt ab Cherſoneſo aurea ad Zabas, imminuere haud oportet, quoniam æquinoctiali parallela exiſtit, & quia regio intermedia meridiei extenditur obuerſa: at verò diſtantiam, qua eſt à Zabis ad Cattigaram, quia nauigatio vergit ad auſtrum & ad ortum, contrahere decet, vt poſitionem, quæ æquinoctiali eſt parallela, capiamus. Si itaq; dimidium partium, vtriq; attribuamus diſtãtię, propter incertum eorum exceſſum, & à partibus, quæ à Zabis ad Cattigaram ſunt decem cum vna tertia, iterum tertiam partem, propter inclinationem detraxerimus, habebimus diſtantiam quoque ab aurea Cherſoneſo ad Cattigaram, poſitione ſua, quaſi æquinoctiali parallelam, partium decem et ſeptem cum ſexta quaſi. Atqui oſtenſum eſt, diſtantiam à Cory promontorio, vſque ad auream Cherſoneſum, partium eſſe triginta quatuor & quatuor quintorũ: tota igitur diſtantia, quæ eſt Cory à Cattigaram vſq;, partiũ fermè quinquaginta duarum eſſe colligitur. Verum meridianus, qui eſt per Indi fluminis principia: paulò ſecundum Marinum occidentalior eſt boreali Taprobanes promontorio, quod ex oppoſito Cory ſitum eſt: at Taprobane diſtat à meridiano, qui per Bætis fluminis eſt oſtia, horarijs interſtitijs octo, partibus verò centum viginti: meridianus verò ille, qui per Bætis tranſit oſtia, ab eo qui per Fortunatas eſt inſulas, partibus quinque: ita vt meridianus per Cory à Fortunatis diſtet inſulis paulo plus partibus centum vigintiquinq;: qui verò per Cattigaram ab eo, qui per Fortunatas tranſit inſulas (ad illud idẽ promontorium) paulo plus partibus centum ſeptuaginta ſeptem, ſecundum eandem fermè diſtantiam partium, quæ per Rhodienſem colliguntur parallelum. Sed ſupponatur totam longitudinem vſque ad Sinarum metropolim, partium eſſe integrarum centum octuaginta, horarum verò duodecim, quoniam omnes conſentiunt eam Cattigaris orientaliorem eſſe, colligẽtur per Rhodienſem longitudinem ſtadia ſeptuaginta duo milia fermè.

De ijs quæ in Particulari expoſitione Marini diſſentiant.

CAPVT XV.

IGITVR diſtantias vniuerſaliter in totum contraximus, & longitudinis ad ortum, & latitudinis ad meridiem, propter cauſas expoſitas. Cæterum & particulariter ciuitatum poſitiones multoties emendatione dignas putamus, in quibus pugnantes aut non conſequentes expoſitiones fecit propter compoſitiones diffuſas & varias, diuerſis æditas commentarijs, quemadmodum in ijs, quæ oppoſita eſſe credidit. Nam Tarraconem ait ex oppoſito Iuliæ Cæſareæ ſitam eſſe, meridianum per hanc & montes Pyrenæos ſcribens, qui tamen non parum Tarracone ſunt orientaliores, Pachynumq; Lepti magnæ, ac Theænis Himeram opponit, diſtantia à Pachyno ad Himeram quaſi ſtadiorum quadringentorum collecta, ea verò quæ à Lepti ad Theænas eſt, ſupra mille quingentorum, quemadmodum ex ijs patet, quæ Timoſthenes ſcribit: rurſusque Tergeſtũ Rauennę opponi inquit, & ab intimo ſinu Adrię, qui iuxta Tilauemptum eſt fluuium Tergeſtum abeſſe verſus ortum æſtiuum ſtadia quadringenta, Rauennam verò ad hybernum ortum ſtadijs mille. Similiter Chælidonæis refert Canobo oppoſitas eſſe, Acamantaque Papho, Paphum autem Sebeonito: verũ diſtantia, quæ ab ipſo, à Chælidonæis in Acemantam mille ſtadiorum, necnon quæ à Canobo in Sebennitum, à Timoſthene ductorum nonaginta eſſe ponitur, ſi ſub eiſdem iaceret meridianis, longè maior eſſe deberet, quoniam maioris paralleli ſubtẽdit circunferentiam. Rurſus Piſam à Rauẽna Libonotũ verſus diſtare ait ſtadijs ſeptingentis, per diuiſionem tamen climatum, necnon horariorum interuallorum, Piſam quidem in tertio interſtitio horario ponit, Rauennam verò in quarto, quin & quum Nouimagium Britannia auſtralius eſſe dicit miliaribus quinquaginta nouem, Borealius tamen per climata oſtendit. Athum quoque ordinans ſub parallelo, qui per Helleſpontum tranſit, Amphipolim tamen et loca circumiecta, ſuper Athum & Strymonis oſtia ſita, in quarto climate, ac infra Helleſpontum ponit. Similiter quum Thracia ferè tota ſub parallelo qui per Byzantium tranſit, poſita ſit, vniuerſas tamen ciuitates eius mediterraneas, in climate quod ſupra hunc parallelũ eſt, conſtituit. Quin etiam Trapezuntem, inquit, ſtatuemus ſub parallelo qui per Bizantium tranſit, Sataliaq; Armeniæ oſtendẽs à Trapezunte abeſſe meridiem verſus, miliaribus ſexaginta, ſecũdum tamen parallelorum deſcriptionem, eum, qui per Byzantium tranſit, per Satalia, & non per Trapezuntem ducit. Sed & Nilum fluuium ſe veritati conſonum, deſcripturum inquit, ex quo ptimum à meridie ad arctos vſque Meroem accedere videtur, pariter & Aromatum nauigationem ad paludes, ex quibus Nilus fluit, Aparctia perfici. Veruntamen Aromata orientaliora ſunt quam Meroe: nam & Ptolemais ferarum orientalior eſt, quam Meroe & Nilus, decem dierum itinere aut duodecim. Ptolemaide item orientaliores exiſtunt anguſtiæ Adulici ſinus, quæ ſunt iuxta Ocylem Cherſoneſum & Dyren, ſtadijs tribus milibus quingentis, illis verò adhuc orientalius eſt magnorum Aromatum promontorium, ſtadijs quinq; milibus.

Quod eum latuere quædam in prouinciarum terminationibus.

CAPVT XVI.

QVin etiam circa regionum fines quædã eum latuere, quemadmodum quum totã Myſiam ab ortu, mari terminat Pontico. Thraciam vero ab occaſu, Myſia ſuperiori. Quin & Italiã à ſeptentrionibus ſolũ Rhætia finit, ac Norico: ſed & Pannoniam à meridie ſola Dalmatia, & non etiam Italia terminari ſcribit. Sogdianos præterea mediterraneos

neos, & Saccas, à meridie Indiæ cooterminos eſſe:
duos inſuper parallelos, & eum qui per Helleſpon-
tum tranſit, & qui per Byzantium, ſuntq; Imao mon-
te, qui in India ſeptentrionaliſſimus eſt, Borealiores,
nequaquam per dictas ſcribit gentes, ſed potius il-
lum, qui per medium Ponti tranſit.

In quibus ipſe diſſentit ab ijs, quæ noſtro æuo hiſtorijs ſunt prodita.

CAPVT XVII.

IN HIS igitur & talibus minus ſibi ipſi
Marinus cōſtitit, ſiue ob multitudinem
& diuerſitatem compoſitionum, ſiue
quia nondum etiam in vltima ęditione,
velut ipſe dicit, ad tabulę deſcriptionem
peruenerit: per quam ſolum climatum, & horario-
rum interſtitiorum rectificationem facere potuiſſet.
Quædam verò ne nunc quidem præſentibus conue-
niunt relationibus, velut Sachalitis ſinus, ab occaſu
Syagri promoorotij ab ipſo poſitus. Siquidem om-
nes planè, qui per loca hæc nauigarunt, vnanimiter
nobis aſtipulantur ab ortu Syagri Sachalitem Ara-
biæ regionem eſſe, ac eiuſdem nominis ſinum. Rur-
ſusq́ue Simylla Indię emporium, non ſolum Marco
promontorio occidentalius ab ipſo poſitum eſt, ſed
etiam flumine Indo: quum ſolum fluuij oſtijs, me-
ridionalius eſſe perhibeatur, etiam ab ijs, qui hinc il-
lac nauigarunt, & qui multo tempore in locis illis
verſati ſunt, necnon ab ijs etiam, qui illinc ad nos ap
plicuere, vocarique ab indigenis aiunt Timula: à
quibus & alia circa Indiam, & eius prouincias, par-
ticularius didicimus, etiam regionis illius interio-
ra, vſque ad auream Cherſoneſum, ac inde ad Cat-
tigaram vſque. Siquidem in hoc concordant, naui-
gationem eorum, qui illac tendunt ad ſolis ortum
eſſe, rurſusque inde redeuntium ad occaſum: pariter-
que conſentiunt, nauigationis tempus irregulare
& inordinatum exiſtere. Quodq́ue ſupra Sinas, Se-
rum iaceat regio, & metropolis, ac quod his orienta
lior terra ſit incognita, ſtagna habens paludoſa, in
quibus calami naſcuntur magni, & ita compacti, vt
homines illi, cum ijs transfretare ſoleant. Et quod
non ſolum inde ad Bactra iter ſit per turrim lapide-
am, ſed & in Indeam quoq; per Palimbothra: via au
tem quæ à Sinarum Metropoli ad portum eſt Cat-
tigaræ, occaſum verſus & meridiem tendit, quapro-
pter nequaquam in eum cadit meridianum, qui per
Sinas eſt & Cattigaram, vt Marinus refert, ſed in ali-
quem, qui orientalior exiſtit. Porrò & à mercatori-
bus, qui ab Arabia felici, ad Aromata & Azaniam,
necnon Rapta nauigant (quæ cuncta proprie Bar-
baria vocantur) certiores reddimur, nauigationem
illam non exactè ad meridiem eſſe, ſed hanc quidē
ad occaſum & meridiem, eam verò trāsfretationem
quæ à Raptis ad Praſſum eſt, ad ortum & meridiem,
paludes quoque ex quibus Nilus fluit, non eſſe iux-
ta mare, ſed multo interiores, ordinemque profe-
ctionis à littore Aromatum, & à Zingis ad Raptum
promōtorium, alium eſſe quam Marinus retulerit:
ex nauigatione quoque ibi diei vnius ac noctis, non
multa colligi ſtadia, ob mutationem ventorum ſub
æquinoctiali velocem, ſed ad ſummum, ſtadia qua-
dringenta aut quingenta. Primum autem ſinum
contiguum eſſe Aromatis, in quo poſt vnius diei i-
ter ab Aromatis Pano eſſe vicum. Opponemque em
porium à vico diſtare itinere dierum ſex: poſt hoc
quoq; emporium, alium coniungi ſinum, principi-
um Azaniæ, in cuius principio Zingina eſſe promō-
torium, & Phalangida montem tricipitem: ſolum-
que ſinum hunc vocari Apocopa, qui duobus trans-
fretari poſſit diebus & noctibus: poſteà paruum ſe-
qui litus, in tranſitu diſtantiarum trium, & aliud
quoque quod Magnum litus appellatur, diſtantia-
rum quinque, quæ diſtantiæ ambæ pariter diebus &
noctibus quatuor enauigari poſſint: his quoque con
iungi alium ſinum, in quo emporium ſit, quod vo-
catur Eſſina, poſt nauigationem dierum duorum &
noctium. Inde Serapionis portum, nauigatione diei
vnius, poſteà ſinum anſpicari, qui ad Rapta ducit tri
um dierum & noctium transfretationem habentē,
iuxta cuius principia emporium eſſe, quod vocatur
Nici: apud Raptum verò promontorium, fluuium
Raptum ac Metropolim nominis eiuſdem, parum
diſtantem à mari: quod verò à Raptis ad Praſſum
vſque eſt promontorium, ſinum eſſe maximum, nō
tamen profundum, circum quem Barbari habitent
Anthropophagi.

Quam ſint inutiles Marini compoſitiones ad deſignationem orbis.

CAPVT XVIII.

QVAE igitur cognitionem aliquam, ab
ipſa hiſtoria conſequi debeant, hucuſq;
annotata ſunt. veruntamen ne quibuſ-
dam contentionem potius quam emen-
dationem ſuſcepiſſe videamur, ſingula
nobis per enarrationem particularem manifeſta e-
runt: nunc verò reſtat, vt ea quæ ad deſcriptionis
pertinent aggreſſionem, conſideremus. Proinde
quum duplex illius ſit modus: primus qui orbis
diſpoſitionem in parte ſphæricæ ſuperficiei deſig-
nat: ſecundus verò qui in plano: ambobus id con-
uenit, vt proponatur quædam operis facilitas: hoc
eſt, vt oſtendatur, quonam modo, etiam ſi nul-
lum propoſitum ſit exemplar, ex ſola ea, quæ per
cōmentaria traditur doctrina deſcriptionem quan-
tum fieri poteſt commodiſſimè facere poſſimus.
Etenim traductio aſſidua à prioribus exemplaribus
ad poſteriora, propter variationem paruam, mutati-
ones admodum diſſimiles in rem hanc egregiam in-
ducere ſolet: modus verò ille, qui per cōmentaria tra-
ditur, ſi non ſufficiens ad demonſtrationem expoſi-
tionis eſſe contingit, impoſſibile erit ijs qui exempla
ri carent, ritè conſequi propoſitum. Quod & nunc
quam plurimis eueniſſe videmus, in tabula, quam
Marinus compoſuit. quum enim exemplaria vlti-
mæ eius æditionis aſſequi nequiuere, ſed ſolum ex
commentarijs rem ruditer & quaſi per coniecturam
aggreſſi ſunt, in plurimis quæ confeſſæ ſunt collecti-
onis errauerunt, propter ineptitudinem & confuſio-
nem inſtitutionis, quēadmodum vnicuique experto
conſiderare licet. Quum enim ad ſingula loca deſig-
nanda neceſſe ſit, & longitudinis & latitudinis poſiti-
onem habere, ei qui illa debito ordine collocare ve-
lit, non tamen confeſtim quis eam in compoſitioni-
bus inueniet, ſed ſeparatim: hic enim latitudines tan
tum deprehendet, veluti in poſitione parallelorum,
alibi autem longitudines ſolum, quemadmodum in
meridianorum deſignatione. Vt plurimum tamen
vtraque hæc in eiſdem commentarijs haud inueni-
et, ſed in alijs quidem paralleli deſcribuntur, in alijs
verò meridiani: ita vt tales in poſitionibus ſemper
alterius ope indigeant, penituſq́ue ad conſideratio-
nem,

nem, quo loco conſtituenda ſint ſingula omnium, opus ſit euolutione commentariorum: quoniam in omnibus aliter de eiſdem dicitur. Et ſi non inquirimus. quæ ſecundum quamlibet ſpeciem de eodem expoſita ſunt loco, illa nos latebunt, aberrabimusq; in multis, quibus vera obſeruatio contingere deberet. Proinde in ciuitatum diſpoſitione, littorales aliquis facilius deſcribere poſſet, ſi penitus ordinem quendam in ipſis obſeruaret: mediterraneas verò non ita, quum nulla adhuc habitudo, ſiue inter ipſas inuicem, ſiue ad littorales illas ſit ſignata, præterquam in paucis, in quibus euenit, vt nonnunquam longitudinis meta, aliquando verò latitudinis locus ſit definitus.

De commoditate enarrationis noſtræ ad deſignationem orbis.

CAPVT XIX.

QVAPROPTER duplicem nos laborem ſuſcipimus. Primum vt viri opinionem per totam obſeruemus cōpoſitionem, præterquàm in iis, quibus rectificatio quædam contigit. Deinde vt ea quæ ab ipſo manifeſta non ſunt facta, per hiſtorias recentiores, vel ordinem tabularum magis accuratarum quam commodiſſimè aperiemus, quo deſcriptio debitum ſuum aſſequi poſſet decorem. Quin etiam facilioris modi geſſimus curam. Nam ſuper omnes prouincias ſingulatim proprias circūſcriptiones, qualeſq; tam ſecundum longitudinem quam latitudinem poſitiones habeant, diligenter ordinauimus: ac inſuper potiſſimarum gentium, quæ in illis degunt, ad inuicem habitudines, necnon inſigniorum vrbium, ac fluminum, ſinuumque, & montium, ac aliorum quæ in orbis tabulam incidere poſſunt. exactas diſtantias: hoc eſt, quot diſtant partibus, qualium eſt circulus maximus trecentarum ſexaginta: ſecundum longitudinem quidem, meridianus per locum deſcriptus, ab eo qui occidentalem finem terminat ſuper æquinoctiali: ſecundum latitudinem verò per eundem locum ſcriptus parallelus ab æquinoctiali ſuper meridiano. Sic enim confeſtim vniuſcuiuſque loci poſitionem cognoſcere poterimus, necnon per diligentiam locorum particularium prouinciarum etiam inter ſe habitudinem, ac ad totum deniq; orbem.

De menſuratione inconcinna tabulæ Geographicæ à Marino compoſita.

CAPVT XX.

VTRAQVE autem deſignatio proprium quid habet. Nam deſcriptio in ſphæra fienda, ex ſemetipſa ſimilitudinem retinet figuræ terræ, nulliuſq; alterius adopus hoc indiget artificio: non facilè tamen magnitudinem præbet, q̄ ſuſcipere poſſit multa, quæ neceſſario ſuo collocanda ſunt loco, neque deſcriptionem, vt vnico momento cerni valeat, toti figuræ adaptare poteſt: ſed alterum ad alterius deſignationem transferre neceſſe exiſtit: hoc eſt, aut viſum, aut ſphæram, quorum neutrum deſcriptioni, quæ in plano fit, accidit, ſed modum quendam ad ſimilitudinem ſphæricæ imaginis inquirit, vt diſtantias, quæ in ea ſtatuendæ ſunt, quam maximè commenſuratas faciat, ac ſecundum eam apparentiam, quæ cum vera conueniat. Quod Marinus ſcientiæ haud quaquam fortuitæ eſſe cenſuit, penituſq; omnes deſcriptionum planarum modos reprehendit: nihilominus tamen eo ipſe vſus eſſe videtur, qui ex omnibus minimè commenſuratas faciat diſtantias: nam pro cūctis circulorum, nec non parallelorum & meridianorum lineis, rectas ſubſtituit, ac etiam meridianorum æquidiſtantes inuicē, ſimiles parallelis: ſolum autem parallelum, qui per Rhodum eſt, obſeruauit meridiano commenſuratum, ſecundum ſimilium in ſphæra circunferentiarum ſeſquiquartam ferè rationem, circuli magni ad parallelū, qui ab æquinoctiali diſtat partibus triginta ſex. Aliorum autem nullam curam geſſiſſe videtur neq; ſymmetriæ, neque ſphæricæ, deſignationis gratia. Primum enim conſtituto viſu, ad medium borealis quadrantis ſphæræ, in quo maxima pars orbis deſcribitur, meridiani rectarum linearum imaginationem præbere poſſunt, quum vnuſquiſq; ex reuolutione contrarius ſtatuitur, caditque planum ipſius per verticem viſus: verum non ita paralleli, propter abſciſſum poli borealis, circulorum autem ſegmenta manifeſtè oſtendunt conuexitates ſuas ad meridiem conuertere. Præterea quamuis ſecundum veritatem pariter & imaginationē iidem meridiani ſimiles quidem, inæquales tamen circumferētias in parallelis ſecundum magnitudinem differentibus, intercipiant, ac ſemper maiores, in iis, qui æquinoctiali ſunt proximiores: Marinus tamen omnes facit æquales: diſtantias autem climatum, quæ borealiora ſunt, quam parallelus, qui per Rhodum tranſit, pluſquā veritas patiatur, extendit. Eas verò quæ auſtraliores ſunt, minus contrahit, ita, vt illæ iā non amplius ſtadiorum numero, qui ab ipſo poſitus eſt, congruant: ſed ſub æquinoctiali quinta potiſſimum eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodum eſt, deficit ab æquinoctiali. Diſtātias autem, quæ ſunt ſub parallelo, qui per Thylem tranſit, quadruplici ſua quinta adauget, quot & parallelus per Rhodum excellit illum, qui per Thylē tranſit. Parallelus enim, qui per Rhodum ſcribitur, ab æquinoctiali diſtat partibus triginta ſex, talium ferè eſt nonaginta trium, qualium æquinoctialis vel meridianus centum & quindecim: qui verò ab æquinoctiali diſtat partibus ſexaginta tribus, ſcribiturque per Thylem, prædictarum æquinoctialis aut meridiani partium eſt quinquaginta duarum.

Quænam obſeruanda ſint in deſignatione fienda in plano.

CAPVT XXI.

QVAPROPTER bene ob hęc erit, vt lineę quæ pro meridianis ponentur, rectæ ſeruentur: quæ verò parallelis, vt in circulorum ſegmentis per vnum & idē centrum ſcribantur: à quo per ſuppoſitum borealem polum meridionales rectas lineas ducere oportebit, quo præ omnibus ſimilitudo ſecundum habitudinem ipſam, & forma ſphæricæ ſeruetur ſuperficiei: ita tamen, vt meridiani abſq; declinatione ad parallelos remaneant, ac etiam in communem illum polum coincidant. Cæterum, quum poſſibile haud ſit, vt per omnes parallelos proportio ſeruetur ad ſphæram, ſatis erit vt

hoc

hoc in eo, qui per Thylē eſt, ac in æquinoctiali obſeruatur, quo latera, quæ latitudinē ſecundum nos cōplectuntur, veris fiant commenſurabilia. Qui verò per Rhodum ſcribitur, ſuper quo in diſtantijs longitudinis plurimæ factæ ſunt indagationes, per diuiſionem proportionis ad meridianum, veluti Marinus fecit, deſignari debet: hoc eſt, iuxta ſeſquiquartam ferè, ſimilium circumſerentiarum rationem, quo magis nota orbis longitudo rectè cum latitudinis menſura conueniat. Huius verò inſtructionis modum deinceps maniſeſtum reddemus, quum exponemus, quo pacto in ſphæra deſcriptio fieri debeat.

Qualiter oporteat orbem in ſphæra deſcribere.

CAPVT XXII.

MAgnitudinem igitur ſphæræ, aut multitudinem locorum deſignandorum, inuentio præparātis diſcernet, quo firmitudinem habeat ſimul & decorem: quanto enim hæc plus augetur, tanto etiam deſcriptio, ſincerior pariter & maniſeſtior fieri poterit. Quantacunque igitur fuerit, poli ipſius ſumantur, accurateque eis ſemicirculū adaptemus, qui parum & niſi tantum à ſuperficie diſtet, vt illam in reuolutione non atterat. Semicirculus verò tenuis ſit, ne multa obumbret loca. Alterum verò latus examuſſim per ipſa ſigna, quæ per polos trāſeunt, habeat extēſum, vt per illud meridianos ſcribamus: quod & in centum octuaginta diuidemus particulas, numeroſque aſſignabimus, & à media, quæ per æquinoctialem futura erit, ſectione, initium facientes. Similiter & æquinoctialem deſcribentes, alterū illius ſemicirculum in æquas centum & octuaginta diuidemus partes: huiuſque numeri principium ab illius fine inchoabimus, per quem & occidentaliſſimum deſcribemus meridianum. Deſcriptionem autem longitudinis & latitudinis, ex commentarijs, in quibus annotatæ ſunt partes, ſecundum vnumquemque locum ſignatum faciemus, necnon à diuiſionibus ſemicirculorum æquinoctialis, & mobilis meridiani: hucque ad oſtenſam longitudinis partē circumferemus, hoc eſt, ad numerum qui æquinoctialis continet ſectionem, latitudinis verò diſtantiam ab æquinoctiali, ex ipſa meridiani diuiſione ſumemus, & iuxta numerum oſtenſum, ſignationem ponemus eodem modo, quo & in locatione ſtellarum ſuper ſphæram ſolidā. Similiter & meridianos ſcribere licebit, per tot longitudinis partes, quot voluerimus, pro norma vtentes latere circuli diuiſi. Parallelos autem per tot partes ſcribere poterimus, quot diſtantiarum erit cōmenſuratio, ſi ſignum illud, quod eos deſcribit (numero peculiarem diſtantiam lateris ſignante) apponamus, circumferamuſque cum ipſo circulo vſque ad meridianos, qui terminos cognitæ telluris ſegregant.

Expoſitio meridianorum et parallelorum qui deſcriptioni ſunt apponendi.

CAPVT XXIII.

PRoinde iſti interſtitia horaria cōplectentur duodecim, demonſtratis conſequenter. Scribatur autem parallelus, qui auſtraliorem terminat plagam, vt tantum diſtet ab æquinoctiali, meridiē verſus, quantum parallelus per Meroem verſus ſeptētriones. Cæterum meridianos per tertiam partem vnius horæ æquinoctialis ſcribi debere, commēſurabile nobis viſum fuit, hoc eſt, per particulas quinque earum quæ in æquinoctiali comprehenſæ ſunt: parallelos autem qui æquinoctiali ſunt borealiores ita.

Primum quidem, vt ab ipſo per quartam vnius horæ differat, ac ſecundum meridianum, quem ad modum demonſtrationes lineares ferè ſubijciunt, partibus diſtet quatuor & $\frac{1}{4}$.

Secundum, vt per dimidiū horæ vnius differat, pariterque diſtet partibus octo $\frac{1}{2}$.

Tertium, vt per horam dimidiā & quartam horæ vnius differat, partib. verò diſtet duodecim ſemiſſe.

Quartum, vt per horam differat vnā, diſtetque partibus ſedecim $\frac{1}{3}$. ſcriptumque per Meroem.

Quintum, vt differat per horā vnam & quartam, ac diſtet partibus viginti quarta vna.

Sextum verò & ſub æſtiuo tropico, vt per horā vnam & dimidiam differat, diſtetque partibus 23. dimidia & tertia, ſcriptumque per Syenem.

Septimum, vt hora vna ac dimidia necnō quarta differat, ac partibus diſtet 27 $\frac{1}{6}$.

Octauū, vt horis differat duabus, diſtet verò partibus 30. cum tertia.

Nonum verò, vt differat horis duabus cū quarta, diſtetque partibus 33. & tertia

Decimū, vt horis duabus & dimidia differat, ac diſtet partibus 36 $\frac{2}{12}$. ſcriptumq; per Rhodum.

Vndecimum, vt differat horis duabus cū dimidia & quarta, diſtetque partibus 38. cum dimidia ac duodecima.

Duodecimū, vt horis differat tribus, ac diſtet partibus 40. dimidia tertia & duodecima.

Decimum tertiū, vt differat horis tribus cū quarta, diſtetque partibus 43. & duodecima,

Decimumquartum verò, vt differat per horas tres cum dimidia, ac partibus diſtet 45.

Decimum quintum, vt horis differat quatuor, diſtetque partibus 48. dimidia & $\frac{1}{12}$.

Decimumſextum, vt differat horis quatuor & dimidia, ac diſtet partibus 51 $\frac{1}{2}$.

Decimumſeptimum, vt quinque differat horis, diſtetque partibus 54.

Decimumoctauum, vt differat horis quinque cū dimidia, ac diſtet partibus 56 $\frac{1}{2}$.

Decimumnonum, vt ſex differat horis, diſtetque partibus 58.

Vigeſimum verò, vt horis differat ſeptē, ac diſtet partibus 61.

Vigeſimumprimum, vt per octo differat horas, diſtetque gradibus 63. ac ſcriptum per Thylem.


Scribetur & alius ad meridiem ab æquinoctiali, q horæ dimidiæ contineat differētiam, qui & per Raptum promontorium & Cattigaram tranſibit, loca oppoſitione ſua ferè æqualia, ac diſtet ab æquinoctiali partibus octo $\frac{5}{12}$.

Modu

Modus per quem orbis in plano ita deſcribi poßit vt commenſuratione ſimilis ſit poſitioni ſphericæ.

CAPVT XXIIII.

IN DESCRIPTIONE verò q̃ in tabula fit, modus Symmetriæ præcipuorum parallelorum talis nobis erit. Præparabimns tabulam parallelogrãmam rectãgulam, veluti eſt A B C D, habeatque latus A B duplnm ſerequam A C: ſupponaturque recta A B ſecundnm poſitionem ſnperiorem, qnæ in deſcriptione verſus partes erit Boreales. Deinde diuidemus A B bifariã, & ad rectos angulos, linea recta E F, cui normam cõmenſuratam, & rectam ita adaptabinns: vt linea media E F ſua lõgitudine, ſub vna rectitudine, vſq; ad E G protrahatur: ſumamusque ab ipſo E vſque ad G triginta quatuor partes tales, quales ſunt per lineam rectam G F centum triginta vna & tertia cum duodecima: ſuper centroque G per ſignum interſtitij, quod ab eo abeſt per lineam G K ſectiouibus ſeptuaginta nonem, circulum ſcribemus, qni pro eo erit parallelo, qui per Rhodum tranſit, nempe H K L. Pro terminis verò longitudiuis, quæ ex ſex horarũ colliguntur interſtitijs ab vtraq; parte K, ſumamus ſuper G F medij meridiani linea diſtantiam quatuor interſtitiorum, quæ in parallelo per Rhodum ſimiles ſint quinque, per ſeſquiquartam ferè rationẽ maximi circuli ad ipſnm, taleſque decem & octo cõſtituemus ab vtraque parte puncti K, ſecundum circunferentiam H K L: habebimusq; ſigna, per quæ coniungere oportebit ab G meridianos, qui tertiæ partis horarum interualla comprehendant: ita vt G H M & G L N longitudinis terminent fiues. Conſeqnenter verò & parallelus qui per Thylem eſt, ſcribetur diſtantia quæ abſit ab G ſuper linea F G ſectionibus 52. veluti O P Q: æquinoctialis verò, vt ſimiliter diſtet à G per lineam F G ſectionibus 115. qui ſit R S T: oppoſitus verò per Meroem & auſtraliſſimus, vt diſtet à G ſectiouibus 131. cum tertia & duodecima, velnti M V N. Ratio igitur ipſius R S T ad O P Q colligetur quemadmodum 115. ad 52. ſecundum rationem parallelorum horum in ſphæra: quandoquidem qualium G S ſupponitur 115. taliũ eſt & G P ſectionum quinquaginta dnarum. Et quẽadmodum ſe habet G S ad G P, ſic ſe habet circunferentia R S T ad O P Q. Deprehendetur antẽ & meridiani P K diſtãtia, hoc eſt ea, quæ ab parallelo, qni per Thylem tranſit ad illnm qui eſt per Rhodum, ſectionum 27. diſtantia vero K S, id eſt à parallelo, q per Rhodum ad æqninoctialem vſq;, earundem ſectionum exiſtit 36. At diſtantia S V, hoc eſt ea, quæ ab æquinoctiali eſt ad oppoſitnm ei qui eſt per Meroem, earundem 16. cum tertia & duodecima. Præterea qualium eſt diſtantia P V, ſecundum latitudinẽ terræ cognitæ, ſeptuaginta nouẽ cum tertia & dnodecima, aut integrarum octuaginta, talium erit & H K L media ſecundum longitudmem diſtantia, centum quadraginta quatuor, ſecundum ea, quę demonſtrationibus ſupponũtur: eandem enim rationem fermè habent, quadraginta milia ſtadiorum latitudinis, ad ſeptuaginta duo milia ſtadiorum longitudinis, in parallelo, qui per Rhodum tranſit. Porrò & reliquos ſcribemus parallelos, ſi rurſus centro G vſi fuerimus, & interſtitijs, quæ diſtant ab S æqualibus ſectionibus, vt expoſitum eſt, ab receſſibus æquinoctialis. Cæterum non oportet vt eas lineas, quæ pro meridianis ponuntur, ad parallelum vſque M V N rectas ſcribamus, ſed ſolum vſque ad æquinoctialem R S T: ac poſteà circunferentiam M V N diuidemus in æqualia, & nnmero paria ſegmenta, quæ attribuimus meridianis illis, qui per Meroẽ ſumũtur, ſectionesque illas coniungemus cnm meridianis, qui rectè ſuper æquinoctialem incidunt, vt appareat, qualis ex inuerſione tranſſumpta, ſit ab altera æquinoctialis parte & ad meridiem declinans poſitio, veluti oſtendunt R X & T Y lineæ.





DEmnm propter facilem locorum ordinandorum adnotationem iterum regulamentum tenue faciemus, quod æquale ſit longitudini G F tantum: illudq́ne firmabimus in G, ita, vt cum per totam longitudinem deſcriptionis circunferatur, exactè rectis alterius lateris cõgruat meridianis, quo ſectio eius per medium cadat polum: latusque hoc in ſegmenta, ſi ad G F pertinere debent, centum triginta & vnam diuidemus, aut ſolum in ſegmẽta centum quindecim, ſi G S reſpiciant: numeroſque adnotabimus facientes initium à ſectione quæ per æquinoctialem eſt: à quibus & parallelos ſcribi intelligere poſſumus, nedum meridianum qui in deſcriptione eſt, in omnia ſegmẽta diuidimus & ſignamus, Inſcriptiones locorum, quæ ſuber ipſum caſuræ ſunt, confundamus. Partiemur igitur æquinoctialem in duodecim horarum ceurum octuaginta partes, numeroſq; appnnemus, initium facientes à meridiano occidentaliſſimo, ac ſemper regulamenti latus ad oſtẽſam longitndinis partem mouebimus, donec per diuiſionem in regulamento factam, ad poſitionem ſecundum latitudinem ſignatam perueniamns, ibiq; ſuper vnoquoq; ſignatiunem debitam, eodem quo in ſphæra oſtenſnm eſt modo, faciemus.

POrrò ſimiliorem etiam & magis commenſuratam deſcriptionem orbis, in tabula faciemus, ſi lineas meridianas imaginatione cõcipiamns, ad ſimilitudinẽ linearum meridianarum in ſphæra: ita vt aſpectuum ſeu oculorũ axis in ſphæræ poſitionem penetret, & per ſectionem, quæ ad aſpectum eſt meridiani, qni longitudinem terræ cognitæ in duas diuidit partes, & paralleli, qui & ipſe bifariam ſecat eius latitudinem, necnõ centrum ſphæræ, quo ex æquo termini oppoſiti viſu comprehendãtur & appareat. Primnm igitur propter quantitatem inclinationis parallelorum circulorum, & per inciſionem ſignatam, & centrum ſphæræ erecti ad medium longitudinis meridianum plani, circnlus intelligatur maximus, qni hemiſphærinm terminet apparens, A B C D: & ſemicirculns meridianus, qui hemiſphærium bifariam diſpertit ſic, A E C: at

ſectio

ſectio, quæ ad aſpectũ huius eſt, & paralleli, qui bifariam ſecat latitudinem, ſit ſignum E: ſcribaturque per E circuli maximi iterum ſemicirculus rectus ad A E F C, qui ſit B E D, cuius planum ſecundum axim aſpectuum ſeu viſus ſubijci cõſtat. Inde circunferentiæ E F partes ſumantur viginti tres & ſemis cum tertia, tot enim diſtat æquinoctialis ab eo qui per Syenem eſt, qui maximus ferè conſtituitur latitudine: ſcribaturq; per F ſemicirculus æquinoctialis B F D. & tunc inclinatum apparebit æquinoctialis planum nec non reliquorum parallelorum, ad illud quod cũ ſecundum axem aſpectuum ſeu viſus, quum circunferentia E F partium exiſtat viginti trium ſemis cum tertia. Intelligantur itaque A E F C & B E D rectæ pro circunferentibus, B E rationem habente ad E F quam. 90. ad. 23. dimidium & tertium, & producta C A cadat centrum, in quo ſcribetur B F D circuli ſegmentum: iuxta G. Sitque nunc propoſitum vt ratio inueniatur G F ad E B. Iungatur itaque F B recta, quę bifariã diuidatur in H. coniungatur etiã H G, nempe vt perpendicularis ad B F fiat. Quoniam igitur qualium eſt B E recta nonaginta, talium ſupponitur E F viginti trium & ſemis cum tertia eorundem,






erit & B F ſubtenſa nonaginta trium cum decima. Angulus verò ſub B F E talium centũ quinquaginta cum tertia, qualium duæ rectæ trecentarum ſexaginta: reliquus verò angulus ſub H G F eorundem viginti nouem cum tertijs duobus, ac ideo ratio G F eſt ad F H eadem, quæ 180. ſemis cum tertia ad 46. & ſemis cum viceſima: & qualium eſt H F recta 46. ſemis cum viceſima, talium B E recta nonaginta: ita vt qualium eſt E B recta 90. eorundem eſt F E 23. ſemis cum tertia: ac ideo qualium eſt E B recta nonaginta, talium habebimus & G E rectam 181. ſemis cum tertia. Signumque G in quo omnes ſcribantur paralleli in deſcriptione plana.

His præmiſsis, accipiatur tabula A B C D, quæ iterum in duplo maiorem habeat A B quam A C, ſed æqualem A E cum E B, & ad ipſas rectam E F: diuidaturq; æqualis aliqua E F recta in nonaginta quadrantis partes, accipianturq; F G partes ſedecim cum tertia & duodecima, G H verò partes 23. ſemis cum tertia, at G K earundem 63. ſuppoſitoq; G pro æquinoctiali, erit H nota, per quam ſcribetur qui per Syenem eſt, & medius fermè latitudinis parallelus. F verò nota erit, per quam ſcribetur ille, qui auſtralẽ terminat finem. K autem, per quam ſignabitur ille, qui poſitionem finit ſeptentrionalem, caditque per inſulam Thylem. Deinde linea E F producatur vſq; ad L, ita quod tota linea F E L contineat earundem ſectionum 181. dimidiã cum tertia, aut 180. tantum, nam propter hoc deſcriptio nil notatu dignum variabit, in centroque L, & interuallis F & H & K circunferentias ſcribemus Q K R & O H P & M F N, & ſic propria ratio parallelorum, ad inclinationem per axim aſpectuum ſeu viſus ſuper planum obſeruata erit. Quoniam & hic axis ad H declinare debet, & rectus eſſe ad tabulæ planum, vt rurſus ex æquo oppoſiti fines deſcriptionis viſu comprehendi poſſint. Vt autem longitudo quoque commenſurata ſit latitudini (quoniam in ſphæra qualium eſt maximus circulus quinque, talium fermè parallelus per Thylem eſſe colligitur duarum cum quarta, qui verò per Syenem eſt, quatuor cum dimidia & duodecima: at qui eſt per Meroem, quatuor ſemis cum tertia) oportet ex vtraque parte F K meridianæ rectæ decem & octo conſtituere meridianos, per tertiam partem vnius horæ æquinoctialis, ad complementũ eorum, qui ſub tota lõgitudine comprehenduntur. Semicirculorum autem æquiualentia accipiemus ſegmenta, ſecundum quemlibet trium expoſitorum parallelorum, tertiæ partis horæ vnius partes quinque. Et à K quidem per duas partes & quartam faciemus ſectiones, qualium habebamus E F rectam nonaginta: ab H verò per quatuor & dimidiam cũ duo-

decima, & ab F per quatuor dimidiam cum tertia ſuper eiſdem. Deinde per æquiualentia tria ſigna ſcribemus circumferentias, quæ erunt pro reliquis meridianis, quemadmodum quæ totam terminent longitudinem ſunt, S T V & X Y Z. Adimplebimus & eas quoq; quę pro cęteris erunt parallelis, rurſus centro L vtentes diſtantia verò pro fiendis ſectionibus, ſuper linea F K iuxta diſtantias eorum ad æquinoctialem. Quod verò talis deſcriptio ſphæricæ formæ ſimilior ſit quàm prior, per ſeſe patet. Quoniam ſi ſphæra fixa maneat, & non circumuoluatur, quod & tabulæ contingit neceſſario, quum per medium deſcriptionis viſus conſtituitur, vnus quidem medius meridianus per axem aſpectuum ſeu viſus in planum cadens, imaginationem rectæ præbet lineæ: qui verò ex vtraque huius parte ſunt omnes, ad ipſum ſecundum concaua conuerſi apparent, & magis illi, qui plus ab eo diſtant: quod & hic obſeruabitur, cum decenti conuexitatum analogia: pariter & cõmenſuratio circunferentiarum parallelorum ad inuicem ſeruabitur, non ſolum vt inter illos, qui ſubæquinoctiali ſunt, & eum, qui per Thylem tranſit, propria conſeruetur ratio, ſed & in alijs, vt quam rectiſſimè quadrent, quemadmodum conſiderare licebit, ijs, qui periculum ſunt facturi. Quin & totius latitudinis ad totam longitudinem ratio ſeruanda eſt: & rurſus, non ſolum in illo parallelo, qui per Rhodum deſcribendus eſt, quemadmodum ibi, ſed plane, in omnibus fermè. Si enim & hic producamus S T V rectam, veluti in priori figura, circunferentia H T minorem videlicet rationem faciet ad F S & K V, quam conueniat rationi deſcrptionis huius: ita vt ſecundum totam H T patiatur defectum. Si verò ipſam H T commenſuratam faciemus K F latitudinis diſtantiæ, F S & K V maiores erunt Symetrijs, ad F K, quemadmodum ad H T. Si autem F S & K V commenſuratas ipſi F K ſeruauerimus, H T minor erit commenſuratione ad K F quemadmodum ad K V & H T.



EX his igitur modus iſte priorem præcellit, à priori verò in facilitate deſcriptionis ſuperatur. Quoniam illic quidem, ab regulæ circunductione & trãslatione, quum ſolum vnus deſcriptus erit parallelus, ac diuiſus, ſingula loca ſuo ordine collocari poterunt: quòd in deſcriptione iſta non tã facilè fieri poteſt, propter meridianarum linearum ad medium inflexiones, & quia omnes circulos ſingulatim inſeribere neceſſe eſt, nec nõ poſitiones, quæ inter laterculos cadunt, ad tota amplectentia latera, per partes ſignatas ratiocinatione cõiecturare. Quæ quum ita ſint mihi & hic, & vbiq;, quod melius eſt, licet ſit laborioſius, deteriori tamen, & faciliori pręferendum erit. ambos tamen ſimul ita ordinatos modos obſeruandos eſſe cenſeo, eorum hominum gratia, qui propter facilitatem, ad expeditiorem modum ſunt procliuiores.

Qualium eſt æquinoctialis quinque, talium eſt qui per Meroem trãſit quatuor & ſemis cum tertia, ita vt rationem habeat ad eum, quam 30. ad 29.

Qualium eſt æquinoctialis quinque, talium eſt, qui per Syenem tranſit quatuor & ſemis cum duodecima, ita, vt rationem ad eam habeat, quam 60. ad 55 hoc eſt, duodecim ad vndecim.

Qualium eſt æquinoctialis quinq;, talium eſt, qui per Rhodum ſcribitur quatuor, vt ad eum rationẽ habeat ſeſquiquartam.

Qualium eſt æquinoctialis quinque, talium eſt, qui per Thylem tranſit duarum cum quarta, vt rationem ad eum habeat, quam 20. ad 9.

LIBRI PRIMI FINIS.

CLAVDII PTOLEMÆI GEOGRAPHICAE ENARrationis.

LIBER II.

Hæc in ſecundo continentur Libro.

Prologus particularis enarrationis.
Expoſitio occidentalioris Europæ partis, ſecundum ſubiectas prouincias vel præfecturas.

Hyberniæ Inſulæ Britannicæ
Albionis Inſulæ Britannicæ
Hiſpaniæ Beticæ
Hiſpaniæ Luſitaniæ
Hiſpaniæ Tarraconenſis
Celtogalliæ Aquitaniæ
Celtogalliæ Lugdunenſis
Celtogalliæ Belgicæ
Celtogalliæ Narbonenſis
Germaniæ magnæ
Rethiæ & Vindeliciæ
Norici
Pannoniæ ſuperioris
Pannoniæ inferioris
Illiridis Liburniæ
Dalmaciæ

Prouinciæ 16. Tabulæ. 5.

IN TABVLIS AVTEM hæc potiſsimum obſeruantur.

Definitio
Promontoria
Inſulæ
Fluuiorum ſitus
Littoralis deſcriptio
Pelagorum nomina
Montes
Flumina
Paludes
Prouinciarum nomina
Regiones ſeu gentes
Inſcriptiones
Supraſcriptiones
Ciuitates inſignes
Ciuitates ſecundæ
Ciuitates tertiæ

CAPVT I.

PROLOGVS.

QVAE igitur vniuerſaliter circa geographiã ſint obſeruãda, conſequenterq́; quo pacto deſcriptio ex Hiſtoria, vſq; hucco-gnitarum terræ partium emendari poſſit, hoc eſt, noſtri orbis tam in Symetria locorum inuicem quam figura, vt quam maximè deſcriptioni in ſimilitudine & modo cõueniant huiuſque nobis ſit præfiguratum. Nunc verò particularem inchoabimus expoſitionẽ, illud præmittẽtes: Cenſendum eſſe particulares exploratorum locorum deſcriptiones quum in longitudine tum in latitudine, quam maximè propter cognitionis aſſiduitatem ad veritatem accedere, ac ideo etiam, quod ita omnes concordent traditiones. Quæ verò non eodem modo propter raritatem peragrata ſunt, nec ob incertitudinem hiſtoriæ cognita, exactiſſimè conſiderari debere, ſecundum propinquitatem poſitionum, & figurationem eorum locorum, quę certiori fide ſunt deprehenſa, quo nihil nobis ex ijs quæ ad complemẽtum totius orbis ordinãda ſunt, imperfectum habeat modum. Quapropter & partium poſitiones ſuper ſingulis locis in exterioribus ſpaciorum appoſuimus particulis, modo regulari: longitudinem tamen latitudini præpoſuimus, vt ſi emendationes aliquæ, ab hiſtoria certiori inciderint, in reliquis ſpaciorum paginis aſcribi poſſint. Porrò & eum in deſcriptione elegimus ordinem, vt vbiq; facilitatis curam gereremus, hoc eſt, vt à dextra tranſitum faceremus, ab ijs quæ iam ordinata ſunt, ad ea quæ nondum ſub manum uenerunt. Hoc autem fiet, ſi borealiora prius quam auſtraliora deſcribantur, occidentalioraque antequam orientaliora. Quoniam ad deſcribentium oculos, in ſuperiori nobis loco, borealiora conſtituuntur, in dextra verò orientaliora orbis, tã in ſphæra quam in tabula: ac ideo quæ in Europa ſunt prius collocauimus, quam & nos à Libya, Herculeo diuidimus freto, ab Aſia verò pelago interiacenti, ac Palude Mæoti, nec non flumine Tanai, ac eo meridiano, qui ad terram protenditur incognitam. His reliqua quæ per Libyam ſunt adnectimus. quàm etiam ab Aſia diuidimus poſt maria quæ iuxta Praſſum Aethiopiæ ſunt promontorium, vſque ad ſinum Arabicum, ipſo ſinu Arabico ac Iſthmo, qui ab eius receſſu, iuxta Heroum ciuitatem ad noſtrum vſque pertingit mare, Aegyptũq; diſterminat ab Arabia & Iudæa, ne Aegyptum diſtrahamus, ſi Nilum ſtatuerimus terminum. Et quia commodius eſt, continentes, cum ita euenit, freuis potius quàm fluminibus terminari. Reliqua vero quæ per Aſiam ſunt, eodem ſubiungemus propoſito, tam per continentem vnumquemque in partibus eius ad terram totam, quam orbem vniuerſum quo ad partes ipſas, hoc eſt, vt iterum regiones borealiores & occidentaliores primo ſcribamus, necnõ adiacentia eis maria ac inſulas, cũ ſpecie vniuſcuiuſq; digniori, ſed & partes illas prouinciarum, ſeu præfecturarum, diſcernemus circumſcriptione, expoſitionem iuxta promiſſionem, quam ab initio fecimus continuantes, ſolum tamen quantũ ad cognitionem localem, & ordinem profuerit, diffuſam circa ſingulares gentium mores, hiſtoriã prætermittentes: præterquam ſi ea, de quibus antea nobis ſermo fuit, breui & neceſſaria indiguerint adnotatione. Proinde talis expoſitionis modus, cuilibet facultatem præſtabit, vt vel vnam ſeu plures prouincias, aut perfecturas deſcribere poſſit, ſecũdum quod tabularum congruerint dimẽſionibus, cum decenti ratione, & figuratione eorum quæ ſub vnaquaque tabula comprehendi poſſunt, ad inuicem, iuxta eundem fiendi ordinis modum. Præterea nil admodum referet, ſi æquidiſtantibus vſi fuerimus meridianis lineis, rectis quoq; parallelorum, dummodo ſolum partes diſtantiæ meridianorum eam rationem ſumant ad diſtantias parallelorum, quam maximus habet circulus ad illum parallelum, qui in tabula hac medius erit. His itaque definitis particularem iam inchoabimus expoſitionem.

HIBERNIAE INSVLAE SITVS

CAPVT II.

Tabula Prima Europæ.

SEPTENTRIONALIS lateris deſcriptio, quod ab hyperboreo Oceano alluitur.

Boreum Promontoriū.	11	61.	0
Venicnium promont.	12	50.61	20
Viduæ flu. oſtia	13	.61	
Argitæ flu. oſtia	14	30.61	30
Robogdium promont.	16	20.61	30

Occidentale latus incolunt Vennicnij, Deinde reliquum & Orientale Robodij.

Deſcriptio autem lateris Occidentalis, quod ab Occidentali Oceano alluitur.

Poſt Boreum promontorium quod eſt		11	61
Ranij flu. oſtia	11	20.61	20
Nagnata vrbs inſignis	11	15.60	15
Libnij flu. oſtia	10	30.60	
Auſobæ flu oſtia	10	30.59	30
Seni flu. oſtia	9	30.59	30
Dur flu. oſtia	9	40.58	40
Jerni flu. oſtia	8	.58	
Notium promont.	7	40.57	45

Poſt Venenios idem habitant latus Erdini, ſub quibus Nagnatę, Deinde Autini,
Poſt quos Gangani
Sub quibus Vellagori

Meridionalis reliqui lateris ſequitur deſcriptio, cui Verginius adiacet Oceanus.

Poſt notium promont.

Dabronæ flu. oſtia	11	15 57	0
Birgi flu. oſtia	12	30.57	30
Hieron vel Sacrum promontorium	14	.57	30

Habitant idem latus poſt Vellabros Vterni ſupra quos Vodiæ, & qui orientaliſſimi ſunt Brigantes.

Orientalis lateris deſcriptio, cui adiacet Oceanus, qui vocatur Hibernicus.

Poſt ſacrum promontoriū quod eſt	14	.57	30
Modoni flu. oſtia	13	40.58	40
Manapia vrbs	13	30.58	40
Obocæ flu. oſtia	13	12.59	
Eblana ciuitas	14	.59	30
Bubindæ flu. oſtia	14	49.59	40
Iſamnium promont.	15	.60	
Vinderij flu. oſtia	15	.60	15
Logiæ flu. oſtia	15	20.60	40

Poſt hæc Robogdium eſt promont.

Idem habitat latus poſt Robogdios Darni. Sub quibus Voluntij. Deinde Blani. Poſt Cauci. Sub quib. Manapij Poſt Coriondi ſupra Brigantes

Ciuitates mediterraneæ hæ ſunt

Regia	13	.60	20
* Rhæba	12	.56	54
Laberus	13	.59	51
Macolicum	11	30.58	40
Regia altera	11	.59	30
Dunum	12	20.58	45
* Iuernis	11	.58	10

Hiberniæ ſuperiacent quinq; Inſulæ Ebudæ nomine Quarum occidentalior vocatur.

Ebuda	15	.62	

Deinde quæ ad ortum magis extenditur ſimiliter

Ebuda	15	40.62	0
Poſtea Ricina	17	.62	
Poſt Maleos	17	30.62	10
Poſt Epidium	18	30.62	0

Iuxta orientalem plagam Hiberniæ, Inſulæ hæ ſunt.

Monaœda	17	40.61	30
Mona inſula	15	.57	40
Edri quæ deſerta eſt	15	.57	30
Limni quæ deſerta eſt	15	.59	

ALBIONIS INSVLAE BRITANNIAE SITVS.

CAPVT III.

Tabula prima Europæ.

SEptentrionalis lateris deſcriptio, quod alluit Oceanus, qui vocatur Deucalledonius. Nouantũ Cherſoneſus & eiuſdem nominis promontorium.

(promontorium.)	21	61	40
Rerigonius ſinus	20	30.60	45
Vidogara ſinus	21	20.60	30
Clota æſtuarium	22	15.59	40
Leanonius ſinus (*Lamannonius in antiquo exemplari*)	24	.60	
Epidium promont.	23	.60	40
Longi flu. oſtia	24	30.60	40
Itys flu. oſtia	27	.60	40
Volſas ſinus	29	.60	30
Nabæi flu. oſtia	30	.60	30
Taruedũ quod & Orcas promõtoriũ	31	20.60	15

Occidentalis lateris deſcriptio quod Ibernicus ac Verginius alluit Oceanus. Poſt Nouãtum Cherſoneſum quæ habet

(Cherſoneſum quæ habet)	21	.61	40
	19	20.61	
Abrauanni flu. oſtia	19	20.61	
Iena æſtuarium	19	.60	30
Deuæ flu. oſtia	18	.60	
Nouij flu. oſtia	18	20.59	30
Iruna æſtuarium	18	30.58	45
Moricambe æſtuarium	17	30.58	20
Setantiorum portus	17	20.57	45
Beliſama æſtuarium	17	30.57	20
Seteia æſtuarium	17	.57	
Tiſobis flu. oſtia	15	40.56	29
Ganganorum promont.	15	.56	
Strucciæ flu. oſtia	15	20.55	30
Tuerobis flu. oſtia	15	30.55	10
Octapitarum promont	14	20.54	30
Tobij flu. oſtia	15	30.54	30
Ratoſtathybij flu. oſtia	16	30.54	30
Sabriana æſtuarium	17	20.54	30
Vexalla æſtuarium	16	.53	30
Herculis promont. C. Hertolond,	14	.53	

Antiueſtęum promontorium, quod etiam dicitur

Bolerium	11	30.52	30

Damnonium quod etiam dicitur Ocrinum pro.

(Ocrinum pro.)	12	.15	30

Reliqui Meridionalis lateris deſcriptio, quod Britãnicus Oceanus alluit Poſt Ocrinum promont.

Cenionis flu. oſtia	15	.51	54
Tamari flu. oſtia	15	40.52	10
Iſacæ flu. oſtia	17	.52	20
Alaunij flu. oſtia	17	40.52	40
Magnus portus	19	.53	0
Triſantonis flu. oſtia	20	20.53	0
Nouus portus	21	.153	30
Cantium promont.	22	.54	

Orientalis deinde ac auſtralis plagæ latera, quæ Germanico alluuntur Oceano deſcribuntur.

Poſt Taruedum quod & Orcas pro. quod iã dictũ eſt

Viruedrum promont.	31	.60	
Veruuium promont.	30	50.59	40

Ille

Ille flu.oſtia 30 .59 40
Ripa alta 39 .59 40
Loxæ flu.oſtia 28 30.59 40
Varar æſtuarium 27 30.59 30
Tuæſis æſtuarium 27 .59 0
Celnij flu.oſtia 27 .58 45
Taizalum promont. 27. 30.58 30
Duæ flu.oſtia 26 .58 40
Taua æſtuarium 25 .58 30
Tinæ flu.oſtia 24 .58 30
Boderia æſtuarium 22 30.58 45
Alauni flu.oſtia 21 40.58 30
Vederæ flu.oſtia 20 10.58 30
Dunum ſinus 20 45.57 30
Gabrantuicorum portuoſus ſinus 21 .57 0
Ocelum promont. 21 15.56 40
Abi flu.oſtia 21 .56 30
Metaris ęſtuarium 20 30.55 40
Garieni flu oſtia. 21 .55 20
Extenſio 21 15.55 6
Idumanij flu. oſtia 20 .55 10
Iameſa æſtuarium 20 30 54 30
Poſt quam Cantium eſt promont. 22 .54 0

Iuxta Septen. latus ſub Cherſ. codē appellati nomine Nouantæ habitant apud quos vrbes hæ.

Lucopibia 19 .60 20
Reigonium 20 10.60 40

Sub ijs Selgouæ, apud quos vrbes hæ.

Carbantorigum 19 .59 20
Ooxellum 18 30.59 20
Corda 20 .59 40
Trimontium 19 .59 0

His verſus ſolis ortum magis ſeptentrionales Damnij ſunt, in quibus vrbes hæ

Colania 20 30.59 10
Vanduara 21 40.60 0
Coria 21 30 59 20
Alauna 22 45.59 20
Lindum 23 .59 30
Victoria 23 30.59 0

Gadini vero magis ſeptentrionales,
Otadeni aūt magis auſtrales ſunt in quibus vrbes hæ

Curia 20 10.59 0
Bremenium 21 .58 45

Poſt Damnios verſus ſolis ortū magis Septen. quaſi ad ortū vergentes ab Epidio prom. Epidij ſunt. Poſt quos Cerontes. Poſt orientaliores Creones. Deinde Carnonacæ. Deinde Carini. Et Orientaliores vltimiq; Cornabij A Lelannonio aūt ſinu vſq; ad æſtuariū Varar, ſunt Caledonij. Et ſupra eos Caledonia ſylua, Quibus magis orienta. ſunt Captę. Poſt quos Logi, coniuncti Cornabijs. Et ſupra Logos Smertæ ſunt. Sub Caledonijs autem Vacomagi.

Apud quos hæ ſunt vrbes.

Banaria 24 .59 30
Tamia 25 .59 20
* Alata caſtra 27 15.59 20
Tueſis 26 54.59 10

Sub ijs qui magis occidentales ſunt habitant Vennicones, In quibus vrbs,

Orrea 24 .58 45

Deinde qui magis ori. ſunt, Tæxali Et vrbs

Deuana 26. 15 59 45

Rurſus autem ſub Elgouis & Oradinis, ad vtraq; maria habitant Brigantes In quibus vrbes

Epiacum 18 30.58 30
Vinnouium 17 30.59 0
* Caturactonium 20 .58 0
Calatum 19 .57 45
Iſurium 20 .57 40
Regodunum 18 .57 30
Olicana 19 .57 30
* Eboracum 20 .57 20
Et legio ſexta Nicephorica
Camuniodunum 18 15.57 0

Apud hos penes ſinū portuoſum Pariſi Et vrbs

Petuaria 20 40 56 40

Sub ijs & Brigantibus habitant, magis ad occaſū tendentes, Orduices Penes quos vrbes

Mediolanium 16 45.56 40
Brannogenium * 16 .56 15

His vero magis ori. ſunt Cornabij
In quibus vrbes

Deuana 18 30.55 0
Et legio vigeſima Nicephorica
Viroconium 16 45.55 45

Poſt hos Coritani, in quibus vrbes

Lindum 18 40.55 45
Rage 18 .55 30

Deinde Catyeuchlani. In quibus vrbes

Salinæ 20 10.55 40
Vrolanium 19 20.55 30

Poſt hos Simeni. Apud quos vrbs

Venta 20 30.55 20

Et magis orientales penes Iameſam æſtuarium. Trinoantes ſunt In quibus vrbs.

Camudolanum 21 .55 0

Iterum ſub dictis populis maxime occidentales ſunt Metæ, In quibus vrbes

Luentinum 15 45.55 10
Maridunum 15 30.54 40

His magis orientales Sylires ſunt In quib. vrbs

Builæum 16 20.55 0

Poſt quos Dobuni, & vrbs

Corinium 18 .54 10

Poſt Atrebatij & vrbs

Caleua 19 .54 15

Poſt quos maxime orien. Cantij In quib. vrbes

Londinium 20 .54 0
Daruernum 21 .53 40
Rutupiæ 21 45.54 0

Rurſus Atrebatij & Cātijs ſubiacēt Regni Et vrbs

Næomagus 19 43.53 46

Dobunis vero ſubiacent Belgæ Et vrbs

Iſchalis 16 40.53 30
Aquæ calidæ 17 20.53 40
Venta 18 40.53 30

Deinde verſus occaſum & auſtrum Durotriges ſunt In quibus vrbs

Dunium 17 .52 40

Poſt quos maxime occidentales Domnonij

Voliba In quib. vrbes 14 45.52 20
Vxella 15 .52 45
Tamare 15 .52 25
Iſca 17 30.52 45
Legio ſecunda auguſta 17 .52 30

Inſulę autem adiacent Albioni iuxta Orcada prom.

Ocitis inſula 32 40.60 45
Dumna inſula 30 .61 0

Supra q̄ Orcades inſulæ ſunt, numero 30 circiter,
Quarum medium gradus habet 30. .61 40
Et ſuper ipſas Thyle eſt, cuius inſulæ pars quæ maxime ad occaſū tendit gradus habet 29 .63 0

Quæ maxime ad ortum 31 40.63 0
Quæ maxime ad arctos 30 20.63 15
Quæ maxime ad auſtrum 30 20.62 40
Medium inſulæ 30 20.63 0

Iuxta Trinoantes vero inſulæ hæ ſunt Toliapis

inſula	23	.54	20
Counos inſula	24	.54	30

Sub magno verò portu Inſula eſt

Vectis cuius medium gradus habet	19	20.52	20

HISPANIAE SITVS

CAPVT IIII.

Tabula ſecunda Europæ.

HIſpaniæ, quæ apud Græcos Iberia dicitur, tres prouinciæ ſunt, Bætica, Luſitaniç ac Tarraconenſis, Et Bæticæ quidem latus, quod verſus occaſum atq; Septẽtrionem eſt, terminatur à Luſitania, & pro parte à Tarraconenſi, cuius lateris d ſcriptio ſic ſe habet.

Os orientalius Anæ flu:	4	20.37	30
Flexio flu. ad ortum	6	20.39	0
Pars fluuij iuxta finem Luſitaniç	9	.39	0

Hinc deſcripta linea iuxta Tarraconẽſem Hiſpaniæ, tanquam verſus Balearicum pelagus finem habet.

Fontes Anæ flu. partes habent	12	.37	15

Auſtrale autem latus Bæticæ terminatur in exteriori pelago Oceano & Herculeo, in interiori autem freto mari Iberico pelago: huiusq; lateris deſcriptio ſe habet, poſt Anæ fluuij oſtia in exteriori mari ſic.

Turditanorum

Onobaliſturia	4	40.37	20
Bætis flu. oſtia orientalia	5	20.37	0
Fontes flu.	12	.38	30
Quod iuxta Aſtan eſt çſtuarium	6	.36	45

Turdulorum

Meneſthei portus	6	.36	20

Promontorium à quo fretum, in quo

Iunonis templum	4	45.36	4
Bælonis flu. oſtia	6	10.36	10
Bælon ciuitas	6	15.36	40

Baſtulorum, qui dicuntur Pini

Menralia	6	30.36	30
ceſſe eſt. Poſtrema eſt Ioſephi Moletij, qui verſionem Bilibaldi rurſus cũ multis græcis codicibus diligẽter contulit. Ex tot vnius fontis diſtinctis deriuationibus ad primę ſcaturiginis certiorem explorationẽ veriorem q; conditionẽ peruenire poſſe nõ diffidebam, quũ omnes ex vno autographo eodem ſimul loco errare difficillimè cõtingat. Accedit vna Ptole. regula, quæ nobis adminiculo, & ad ipſam veritatem veluti directrix eſt, quam li. 2. c. 1. ſibi præſcribit, cum à ſiniſtris ad dextra, à ſuperioribus, ad inferiora, hoc eſt ab occiduis ad orientalia, à borealibus ad auſtralia ſe ordine progreſſurum dicit, qui ordo duabus rationib. ſcribarum negligentia turbari poteſt, nominum tranſpoſitione, & numerorum permutatione aut alteratione, quarum cum illa difficiliùs committatur, hæc verò ſit pronior, quoties deſcriptionis ordo retrorſum abire deprehenditur, alterutram cauſam ſubeſſe neceſſe eſt, at poſteriorem pro maxima parte ſemper. Vt ſi cõſtituto aliquo loco, verbi gratia in lon. $35\frac{1}{4}$. & lat. $25\frac{1}{4}$. borea, alter poſtea ſignetur in eadem longitudine aut minori, ſimulq; in eadẽ latitudine aut maiori vt in 34 $28\frac{1}{4}$. aut 34. 29 aut $35\frac{1}{2}$ 29. inuerſus erit ordo contra Ptol. regulam quamobrem corruptela in numeris haud dubiè erit, niſi de locorum iuxta eas iuſta deſignatione, conſtet, tum enim nominum tranſpoſitio pariter cum numeris arguenda venit. Ptole. enim non ſolùm in prouinciarum, ſed etiam in particularium regionum, & gentis cuiuſq; peculiari deſcriptione hunc præfixũ ordinem vbiq; obſeruat, niſi, quod rariſſimum eſt, alia ſubſit ratio euidens, quam ſuis locis indicabo, adeò vt cum in 1. Africæ tabula hunc quodam loco tranſcendit, id non ſine præmonitione faciat. Procedit autem in prouincijs maioribus per ſingulos populos, ordine ſibi præſcripto vnumquenq; abſoluens, priuſquam ad alterum pergat, in minus notis, vbi ſubdiuiſiones nullas, habet vnum alterumùe latitudinis gradum à termino occiduo ad ortiuum continuè abſoluit, aut vnum alterumùe longitudinis gradum per totam tabulæ latitudinem à ſummo deorſum continuè perficit, reliquum deinde tabulæ ſimilibus ſpatijs emetiens. Illis igitur 5. exemplaribus ita vſus ſum vt hãc Ptolemæi regulã quoad licuit inuiolatam ſeruarem, & quandiu à præſcripto ordine non recederent, plurium conſenſum, aut, ſi verus locorum ſitus cognitus erat, illud quod proximè huc accederet ſequerer, ſin verò contra ordinem numeri tenderent, & vnius alicuius longitudo, alterius aũt latitudo iunctæ ab ordine non diſſentirent, cõponere illos non dubitaui. Cùm enim plures vnum exſcribunt codicem, difficulter, vt vnius dixi, in vno codem q; numero errãt omnes, ſed manet, apud aliquem apud aliũ alterius partis veritas. Quæcũq; porrò ſic ex autoribus ſignari potuerunt, eorum non eſſe mihi reddendam rationem exiſtimo, quod è fonte ipſo ſine vitio deriuata eſſe, vtpote ordini Ptole. conſentanea ſit veriſimillimum. Quoties verò ſiue in longitudine ſiue in latitudine aberrant, ab ordine omnes, ſic vt nulla pro veritate compoſitio fieri poſſit, errorẽ vel ex cognito vero ſitu, vel ex numerorũ fallaci ſimilitudine, vt alia probabili cauſa, quin & veriſimili nõnunquã coniectura caſtigaui, horumq; omniũ rationẽ in fronte cuiuſq; tabulæ, ordine Ptol. conſcriptionem proſequens reddidi, quo ne temerè vel vnum apicem mutaſſe, aut iniquè arrogata licentia in tam præclaro opere non ſatis fideliter egiſſe videar. Dedi autem operam vt quæcunq; deſcriptioni Ptole. inſunt, in ipſis tabulis exhiberem, quo ne illa opus ſit, hiſtoriæ Geographiæq; ſtudioſo, ſed quæ ad ſingula totius corporis membra pertinẽt, vnica imagine expreſſa partiter vno velut obtutu percipere poſſit, qua cauſa et naturę hiſtoriam, quã nonnunquam intermiſcet autor, ſuis locis adſcripſi aut ſi is capax non eſſet, annotationibus adieci, quibus etiam, ne quid deſiderari poſſit, fluminum origines, quas ſine numeris recẽſuit, addidi. Quæ 8. & poſtremo libro ſunt de inſigniorum vrbium longiſſimis diebus, earumq; à meridiano Alexandrino diſtãtia, quia ad digeſti in ſuas longitudines latitudineſq; orbis terrarum demonſtrationem pertinent nullo modo omittenda fuerunt, ſunt enim tum veterum ante tempora Ptolemæi, tum ipſius Ptolemæi, tum aliorũ eius tempore obſeruationes & cœleſtibus factæ, ad quarũ rationem inſignorum per quamlibet regionem ciuitatum latitudines longitudineſq; ſe ordinaſſe confitetur li. 8. cap. 2. Qui locus à Villanouano ſic intelligi videtur, quaſi ex priùs ſcriptis in toto volumine latitudinum & longitudinum numeris, dierum magnitudines diſtantiaſq; à meridiano Alexandriæ ipſemet Ptolem, collegerit, annotat enim errores in his commiſſos ex prioribus libris caſtigandos eſſe: verũ ſi diligenter Ptole. rationes expendamos, contrariã eius ſententiam eſſe deprehendemus. Etenim cum li. 1. ca. 2. propoſitũ ſuũ eſſe dicat, noſtræ habitabilis orbẽ ita deſcribere, vt quàm maximè cũ veritate cõgruat, & ad talẽ inſtitutionem in primis peregrinationis hiſtoriã, quæ peritorũ hominum Geometricas cęleſteſq; obſeruationes exhibeat, neceſſariã eſſe cęleſtes porrò obſeruationes geometricis multo certiores præſtantioreſq; exiſtere addat, hanc procul dubiò hiſtoriæ partẽ pro certiore vniuerſæ diſpoſitionis ſuæ fundamento aſſumpſit, quẽadmodũ & ca. 4. rationabile eſſe aſſerit, eũ qui Coſmographica tractare velit, ea locaq; per diligẽtiores oſeruationes deprehẽſa ſunt, deſignationi ſuæ tanquam fundamenta præſupponere, & ca. 5. hac ſe ingredi via ſatis apertè teſtatur. Rurſus quum ca. 4. paucas à vetuſtioribus locorum latitudines longitudineſq; traditas quæratur, quòd ea ætate mathematicæ conſiderationes nondũ exactè perceptæ, nec multæ lunares defectiones eodẽ tempore obſeruatæ eſſent, adeoq; ca. 5. recentioris obſeruationis hiſtoriam ſibi conſulendam atteſtetur, amplius & ca. 17 ab ijs qui ex Aegyp. aut propinquis locis in Indiã nauigarunt, ac multo ibi tempore verſati ſunt, itemq; ab Indis ipſis, qui inde in Aegyp. venerunt, multa per Indiam non ſolùm littoralem, ſed & interiorem vſq; ad Auream Cherſoneſum & Cattigarà etiam particulariùs didiciſſe confiteatur, quis dubitet ipſum huiuſmodi mathematicas & cœleſtes obſeruationes paſſim mercatoribus peritiſq; alijs viris factas aut perceptas quam diligentiſſimè, perquiſiuiſſe. proindè & Geographicæ conſcriptioni ſuæ tanquam certiſſimum fundamentum ſuppoſuiſſe? ſiquidem idipſum ſe facere lib. 7. ca. 5. clarè teſtatur. Quamobrẽ cum eam peregrinationis partem hiſtorica enarratione in prioribus libris non reddat, ſed ea in genere tantũ in primis ratiocinetur, & pro eius ratione locorum ſitus deinde numeris conſtituat, vt ex prologo 2. libri conſtat, certũ eſt 8. lib. dierum magnitudines diſtãtiaſq; ſecundum longitudinem à meridiano Alexandriæ non ex præcedentib. numeris concinnaſſe, ſed ex obſeruationum traditionibus in præmiſſæ conſcriptionis demonſtratione congeſſiſſe id conuincit & præcedentium numerorum differentia. enimuerò in 3. Europæ tabula Viennam Maſſiliam Lugdunum & Nemauſum in eadem omnes à meridiano Alexandriæ longitudinis diſtantia collocat, quum 2. li. nequaq̃ eandem omnibus longitudinem adſcribat, ſed Nemauſum vno gradu occidentalius Vienna, & $2\frac{1}{4}$. Maſſilia ponat. Similiter ta. 5. Europæ Sacarbantiam Pannoniniæ ſuperioris & Iaderam Illyridis eiuſdem diſtantiæ notat, cũ antea longitudinis differentiam gradum $4\frac{1}{2}$ numeris ſignarit. Idem pluribus locis per tres orbis continentes eſt deprehendere, vt non è præcedentium librorum numeris has dierũ magnitudines diſtantiaſq; à meridiano Alexandriæ collegiſſe, ſed è contrario ex his numeros illos compoſuiſſe ſit certũ. Quod porrò ab his numeri illi nonnunquã diſſentiant, in cauſa eſt obſeruationum cœleſtium imperfectio, quę etiam doctiſſimis exercitatiſſimiſq; obſeruatoribus

quandoq; obtepit, erica quas peudenter agere Geographum oportet, vt dum aliæ in abundantia, aliæ in defectu peccant, nullis interim certioribus & indubitatis obſeruationibus admixtis, medium illarum ſeqnatur, & quantū hia quidem obſeruationibus addit, tantùm illis adimat, erroresq; mediet, ne nimium in alteram partem à vero recedat, ſed illi ꝓpiùs accedat. Sic certiſſimas & irreprehēſibiles obſetuationes, qualis eſt illa eclipſis obſeruatio Arbelis & Carthagine facta, primùm retia ens Ptole. io reliqnis mediam quandā viā ſequutus eſt, pront regionū ſitus & profectionis reliqua hiſtoria patitur, & his quidē addidit, illis verò nōnihil ademit, quo longiùs ab obſeruationib. quā illas peccare cōtigit, recederet. Quod ſi ex præmiſſis loo. & latit. numeris dierū magnitudines ac diſtātias à meridiano Alexandriæ ſupputare fuiſſet inſtitutū, id non in paucis nobilioribus vrbibus, iiſq; nonnunquā in vno tabulę angulo cumulatis, ſed in omnibus talibus, quin & in ignobilioribus qnoq; locis per reliquas tabulę partes præſtitiſſet, quo per totam tabulæ æream huiuſmodi cooditiooes ſpectatori Innoteſcerēt, ant voo potiùs abaco vnaq; regula omnium ſimpliciter locorum cœleſtem ex longirudinis latitudinisq; numeris rationem percipere docuiſſet. Nunc verò nonnunquam nobilioribus locis prætentis, exiguas inſulas in hanc conſiderationem aſſumit, ſed celebrioribus nauigationibus frequentatas vt geometricas eœleſtesq; in his obſeruationes ſequutum eſſe ſit certiſſimum. Quamobrem grauiter peccauerunt, qui huic octauo libro lunam adhibere auſi fuerunt, errores enim huiuſmodi obſeruationnm, dum qua parte peccent ignotum eſt, caſtigandi nulla certa ratio iniri poteſt, quam tamē temeritatem hic noſtro Ptolemæo multum detrimenti intuliſſe vel inde apparet, quòd in regionibus notioribus magisq; frequentatis, non in quibuſdam tantùm vrbibus, vbi fortè docti obſeruatores ſuperiorum non deerant, ſed per complures quæ in hunc catalogum referuntur ciuitates, adeò exquiſitè numerorum fracturis dierū magnitudines longitudinesq; Alexandria notantnr, adeoq; exactè ad præmiſſos longitudinis latitudinisq; numeros accedunt. Non enim credibile eſt per maximam eorum qui recenſentur locorum partem vſq; adeò perfectas obſeruatiooes habitas fuiſſe. Vtut autem hæc ſe res habeat, veriſimiliorem exemplariorum conſenſum ſeqnutus, cuiq; tabulæ ſuas obſernationes cęleſtes, tanquam præcipuum Geographiæ membrum præſcripſi, quo Ptolemaici operis ratio, quam ſeqnutus eſt, per omnia præſens habeatur, & cum noſtri temporis hiſtoria Geographica cooferri poſſit. Hactenus eorum quæ Ptolemæi ſunt, rationem habes lector, nunc quæ de meo addidi, ſubiungam.

Quęcunq; numeris deſignat Ptolemæus, duabus tantum quantitate differentibus notis diſtinctionis cauſa ſignaui, vrbes, ciuitates, portus & vicos maiore orbiculo, reliqua omnia minore. Porrò ciuitates, quarum 8. lib. rationes mathematicæ deſcribuntur, duplici orbiculo notatæ ſunt, quo diſquiſitę ſtatim appareant. Quę aūt alia ab exēplaribus ant longitud. aut latitudine conſtiruenda mihi erāt, corū ſingulorū cauſas cuiq; tabulę prænotaui. In littorū ductib. nihil prohibet eos anfractus, qni in recentioribus & nunc melius perquiſitis deſcriptionibus reperiuntur Inimitari, non enim poſtulat Ptole. à puncto in pūctum ſemper rectas duci lineas, ſed ſans eſt promontoria, portus ſinus, oſtia fluminum, inſularum meditullia, ab ipſo deſignata ſuo loco reponere, reliquam antē littoris curuaturam iuxta veritatem vtcunq; formare, vtile eſt ad collationem veteris nouæq; Geographiæ, eoipſo enim quæ loca quibus hodie reſpondeant commooſtratur, & facilior ad interiora quoq; comparanda, antiquitatesque in neotericis tabulis commooſtrandas via præbetur, quo etiam ſerniunt fluminum, qnorū oſtia tantū notat veriores decurſus ſignati. Et frequenter diligens veri littoris imitatio numerorum corruptelas manifeſtat, ac rectè caſtigandi occaſionem præbet, ideo ſtudioſè io hoc aduigilaui, vt littorum inſularumq; veram formā, quatenus numeri autoris patiuntur, exhiberem. Antiquorum autem nominum cū neotericis comparationem & ſynonymiam huic operi intexere vt incommodum, ita & inconſultum fuit, non enim in hoc Ptole. opere multis modis imperfecto fieri id poteſt, & plures ſunt veteris Geographiæ nomenclaturæ apud alios autores, quorum ratio quoque habenda eſt, Ita vt hoc inſtitutum opus per ſe requirat, oec Ptolem. miſceri poſſit, donec in veram ſymmetriam, etiam particularium locorum, omnes eius tabulæ redigantur, quod Deo volente in tertio Geographicarum tabulatū tomo, quaotum in me erit, præſtabo, in quo id operam dabo, vt qui hāc meam æditionem habuerit, vel ſine omoi admonitione & indicio, ſola inſpectionis collatione loca Ptolemæi omnia dinoſcat, atque iode in recentioribus tabulis ſecundi tomi ipſemet digito deſignare ſtatim poſſit ſynonymiamq; addiſcere: proinde hic tantum Ptolemęi opus ſuæ antiquitati reſtitutum exhibere conſilium fuit, ante quam operam fruſtra collatioois ſtudium ſuſcipere vanū erat. Regioonm quæ in ſingulis tabulis à Ptolem. deſcribuntur nomina, charactere capitali inſcripſi, circumiacentium autem regionum, quarum confinia illuſtrandi illarum ſitus cauſa adiunxi, alio minore literarum genere depinxi, quo quid cuiq; tabulæ ſit proprium internoſcatur. In deſcribendis meridianis latitudinumq; parallelis Ptol. præſcriptum ſequutus non ſum, iubet ille in vnaquaq; tabula pro ratione paralleli, qui per medium eius incedit, ad meridianum ſiue circulum maximum, gradus longitudinis gradibus latitudinis adaptare, meridianosq; parallelos conſtituere, at quia ſic ſuprema tabulæ quæ verſus polum ſunt, nimium ſupra rationem ſphæræ in longitudinē expanduntur, contra ima quæ verſus meridiem ſunt, nimium contrahuntur, alium concepi modum, iuxta quem meridianorum parallelorumq; poſitus, & ad inuicem habitudines, quàm proximè ad eam rationē quæ in ſphæra eſt, accedant. Latitudine tabulæ, conuenienti deſignata, eā in tot partes diuido, quot latitudinis, gradus ſuſcepta tabula requirit, & aſſcriptis numeris parallelos per ſingulos latitudinis gradus duco, numerū deinde graduū latitudinis in quatuor æqnas circiter partes diuido, duosq; parallelos aſſumo, vnum qni quartā circiter graduū partem ſupra ſe relinquat, alterum, qui tantundem proximè in imo tabulæ ſub ſe concludat, ita, vt dimidū totius latitudinis graduū intra duos hoſce parallelos comprehendatur. Meridianum deinde medium tabulę ita duco, vt rectus vtrique parallelo inſiſtat, à qno vtroq; parallelo, iuxta illius ad meridianum rationē, gradus lōgitudinis in vtrāq; partē circino cōſequenter deſigno, demum vtriuſq; paralleli correſpondētia ſigna meridianos duco, q hinc inde magis minuſue, ad medium illum meridianū inclinabūtur, pront latitudo tabulæ polo ant æquinoctiali propinquior fuerit. Exemplū accipe in to. ta. Europę, in qua gradus ſunt latitudinis 8½. nimirū extremi 34. & 42. ½ ductis, ergo horum graduū aſſumo 36. & 40. graduum parallelos, & ad rectos angulos his inſiſtentē meridianum, duco per mediū tab. cui 50 numerum adſcribo, quod is gradus lōgitudinis medio huius tabulæ cōperat, poſtea expanſo circino in ternos aut qnaternos gradus, qni iuxta rationem paralleli 40. graduum ad meridianum accepti ſint, vnū circini pedem in huius paralleli & meridiani medij ſectiooe conſtituo, eoq; inde volutato, gradus longitudinis io vtramq; partem ſigno, idem deinde in altero parallelo 36. iuxta illius ad meridianum rationē, facio, duobusq; his parallelis

in gra-

in gradus longitudinis ſic diuiſis, à medio meridiano incipiens, reliquos meridianos ſigno in vtroq; tabulæ latere, in eorumq; ſummis imiſq; extremitatibus, in limbo videlicet tabulæ, conuenientes longitudinis numeros aſſcribo, atq; ita iuxta ſphæricam proximè rationem diſtributa area, inſcriptionem regionũ aggredior. Hac inſcribẽdorum meridianorum forma id efficitur, vt quantum in ſumma imaq; tabulæ latitudine meridiani ſe ſupra ſphæricam rationem expandunt, tantundẽ in medio tabulæ contrahantur, q̃ in exiguo graduũ latitudinis numero multum eſſe nequit, quantumcunq; autem id ſit, ea duorum parallelorum cõſtitutione ita mediatur, vt locorum diſtantijs configurationibuſq; quas in ſphæra fuerant habituri, quàm minimum officiat. Rationem autem paralleli cuiuſq; ad meridianum ſic inuenio. Sit a.b.e. quarta pars circunferentiæ meridiani circuli ſufficienti amplitudine




ducta quam in gradus 90. diuido, ſitq; d. centrum meridiani & ſphæræ, b. polus mundi, a.d. communis ſectio meridiani & æquatoris, d.b. dimidium axis mundi. In hoc quadrante aſſumo latitudinem paralleli propoſiti, verbi gratia 40. in c. & duco lineam c.d. ſumptis autem per circinum tribus vel 4. gradibus latitudinis in tabula primum deſignatis, conſtituto vnum eius pedem in centro d. alterum demitto in lineam c. d. & vbicunque incidit, quod ſit in e. ibi eodem manente priorem contraho, donec b. d. lineam tangant, non ſecet, hoc eſt in f. incidat, angulos rectos cum b.d. faciens, ita iam contractus circinus totidem gradus, quot ex latitudine ſumpſeram, in parallelo 40. ſignandos comprehendit. Rurſus circinum ad tres vel 4 gradus latitudinis expanſum inſero in g. d. lineam, quæ ad alterius paralleli 36. latitudinem ducta ſit, & ibi vt prius contracto circino, donec in h. conſiſtens b.d. lineam priore pede tangat ac non ſecet, habeo magnitudinem graduum in parallelo 36. ſignandorum. Hæc rationum inuentio verboſa demonſtratione opus non habet, qui vel prima rudimenta geometriæ guſtauit, facilè intelligit circumferentiarum rationem ad inuicem eſſe quæ eſt diametrorum, proinde circumferentiæ paralleli 40. eandem eſſe rationem ad meridiani a. c. b. totam circumferentiam, quæ eſt c.k. ad a.d. ſiue ad c.d. Iterum e.f. ad e.d. eandem eſſe rationem, quæ eſt c.k ad c.d. propter triangulorum c.k.d & e.f.d. ſimilitudinem, quare cum e d. tribus meridiani gradibus ſit æqualis, erit & e.f. tribus longitudinis gradibus in parallelo 40. æqualis. Simili via in parallelo 36. demonſtratur h. i. tres ibi gradus cõprehendere. Hanc igitur duorum parallelorum rationem ſequutus ſum, quoties non contemnenda ſupremi infimiq; parallelorum in ratione ad meridianum differentia incideret, vbi verò exigua ſatis in his differentia erat, vt meridianorum inclinatione opus non eſſet, medium tabulç parallelum pro meridianorum diſtantia, longitudiniſq; partibus determinandis aſſumpſi, meridianoſq; parallelos feci, quemadmodum in 7. Europæ tabula videre licet. Nonnunquam item medium meridianum extra tabulæ medium tranſtuli, & parallelos longitudinum indices, inæquali à ſummo imoq; tabulæ ſpacio aſſumpſi, propter regionum, quæ in ea tabula deſcribuntur, præcipuam partem à medio tabulæ declinantem, quam medio meridiano mediam ſecari, medioq; parallelorum interſtitio comprehendi conuenit, vt quod in ambitu extremo creſcit ex inclinatione meridianorũ vitium, longiùs à copioſiore deſcriptionis parte remoueatur. In ſingulis porrò tabulis ad quorum parallelorum meridianique rationem reliquos meridianos conſtituerim, inclinauerimque, propria ad hoc picta tabella annotaui, quo de areæ cuiuſque ſymmetria, & conuenienti pro recipienda deſcriptione fundamento inſpectori conſtet. Ne autem quid in hoc præclaro Ptolemæi opere deſiderari poſſit, conſilio & ſuaſu viri proſapia & eruditione clariſſimi, & ad iuuanda bonarum artium ſtudia propenſiſſimi Domini Damiani Quadi, Domini in Landskron, indicem omnium quæ apud Ptolemæum ſunt locorum & populorum tabulis ſubiunxi, ex quo quid veteris Geographiæ habeat vel non habeat Ptolemæus, quaque mundi parte & quo in regno locoq; conſtituat, facillimum erit deprehẽdere quod hiſtorias veteres legentibus frequenter vſui eſſe cotingit.

Addidit Ptolemæus lib. 8. in quibus ſignorum partibus ſolem verticalem nanciſcantur ea loca quorum obſeruationes mathematicas & cœleſtes aſſignauit, quod ex obſeruationis hiſtoria deſumpſiſſe non exiſtimo, ſed inde demonſtratum de ſuo addidiſſe, vt tamen inde ſumpſerit, magis hoc ad naturæ locorũ quàm ad terrarum ſitus (q̃ in hoc opere potiſſimum & ſolus ferè conſideratur) hiſtoriam pertinet, cuius ſi quis etiam hic delectetur ſpeculatione, is hanc vnicam regulam præ oculis habeat. Quæcunq; loca minorem habent latitudinem ſiue boreã, ſiue auſtralem, quàm ſit maxima ſolis declinatio hoc eſt minorem 23 $\frac{1}{2}$. gradibus, ea bis in anno ſolem ſupra verticem habent, idque tanto maiore temporis interſtitio, quanto minor latitudo fuerit, vt ſub æquatore dimidius intercedat annus: quæ verò in ipſis ſunt tropicis, id eſt, ſub maxima ſolis declinatione, ſemel tantùm verticalem habent: quæ deniq; extra hanc ſiue in boream ſiue in auſtrum ſunt nunquam ſolẽ in vertice vident. Itaq; ex ipſa cuiuſq; loci latitudine, quæ circino ex imo vel ſupremo tabulæ limbo rectà in locum expanſo indeq; in latere tabulæ latitudinis gradibus applicato ſine negotio deprehenditur, ſtatim obuium eſt, ſemel ne in anno, an bis, an nunquam ſol illius verticem attingat. Quo autem, quibus in ſignis id fiat, & quantum duæ huiuſmodi ſolis poſitiones inter ſe diſtent, cognoſci poſſit, inſtrumentum hoc ſubijcere placuit, in quo a.b arcus eſt circuli maximi, vtramq; declinationem vſq; ad 23 $\frac{1}{2}$. gradus continens. c.d. & g h. ſcalæ ſunt graduum ex a.b. arcu huc ad æquidiſtantiam æquinoctialis traductorum. Circumferẽtia ſuper diametro. e.f. ducta ecliptica eſt in ſigna & gradus diuiſa. Huius inſtrumenti hic erit vſus. Quando latitudo loci minor fuerit declinatione ſolis maxima, tum pes vnus circini in e. aut f. cõſtituatur, alter in latitudinem propoſiti loci extendatur, ita expanſus circinus, vno ſemper pede æquinoctialem obtinente æquidiſtanter ſcalæ graduum promoueatur, donec alter pes in eclipticam inciderit, hic vnus erit ſolis verticalis locus, deinde vlterius eodem curſu procedat circinus donec idem hic ſecundus pes iterum eclipticã tangat, circulum iam egreſſurus, hic nunc alter erit verticẽ occupantis ſolis locus, quantum porrò hi loci inter ſe diſtent, arcus eclipticæ intermedius oſtendet, qui ſi ex annuis ephemeridibus ad anni tempora conferatur, mox quo die primum quo rurſus ſecundo verticem tranſiturus eſt ſol, patefaciet.

Tro

Tropicus Cancri.



Tropicus Capricorni.

VNIVERSALIS TABVLA
IVXTA PTOLEMÆVM.

In qua tres continentis partes, Europa, Africa, & Aſia, quatenus ipſius tempore innotuerant, delineatæ ſunt.

Hæc vt ſequentibus ſeruiat deſcriptionibus, & ſit omnibus veluti regula quædam communis, parallelos vno ſui latere annotatos habet, quorum differentia ab equinoctiali in longitudine diei maximæ, latitudoq; iuxta Ptolemæi lib.1.cap.23.præſcriptum, eſt hæc.

Sub æquinoctiali perpetuo dies nocti æqualis, in reliquis autem parallelis non item.

	Maxima dies horarum.	*Latitudo ſiue Diſtantia ab æquinoctiali.*
Primi paralleli	$12\frac{1}{4}$	$4\frac{1}{4}$
Secundi	$12\frac{1}{2}$	$8\frac{1}{4}$
Tertij	$12\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$12\frac{1}{2}$
Quarti	13	$16\frac{1}{2}$ Per Meroen.
Quinti	$13\frac{1}{4}$	$20\frac{1}{4}$
Sexti	$13\frac{1}{2}$	$23\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ Per Sienem.
Septimi	$13\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$27\frac{1}{6}$
Octaui	14	$30\frac{1}{3}$
Noni	$14\frac{1}{4}$	$33\frac{1}{3}$
Decimi	$14\frac{1}{2}$	36 $\frac{1}{12}$ Per Rhodum.
Vndecimi	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$38\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Duodecimi	15	$40\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$
Decimitertij	$15\frac{1}{4}$	$43\frac{1}{12}$
Decimiquarti	$15\frac{1}{2}$	45
Decimiquinti	16	$48\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Decimiſexti	$16\frac{1}{2}$	$51\frac{1}{2}$
Decimiſeptimi	17	54
Decimioctaui	$17\frac{1}{2}$	$56\frac{1}{2}$
Deciminoni	18	58
Vigeſimi	19	61
Vigeſimi primi	20	63 Per Thylen.

NOmina Parallelis quatuor tantùm à locis ſubiectis indidit, quòd ſecundùm illos maximè tum veteres, tum ipſe totius continentis latitudinem longitudinemq́ue ex profectionum hiſtorijs contemplati eſſent. Ex horum parallelorum poſitione & differentia non ſolùm cuiuſq; regionis, ſed & ſingulorum in ſequentibus tabulis locorum maximum diem ſpeculari datur, ſiquidem ex eius latitudine facilè eſt deprehendere ſub quo parallelo, aut intra quos conſtituatur, proinde & maxima in eo diei quantitatem definire, pro Ptolemæi tempore, cum maxima ſolis declinatio partium 13.$\frac{11}{23}$ erat. Quanquam autem climatum mentionem non faciat Ptolemæus, quòd exactiorem geographiæ rationem ſuppeditarent paralleli, tamen quia veteribus illa in vſu ſunt, & hanc parallelorum diſtributionem comitantur, ea in altero huius tabulæ latere deſignaui, quorum poſitio, initium à tertio parallelo faciens, per differentiam dimidiæ horæ continuo progreditur. Sic igitur cum parallelis incedunt.

Primum clima	Per Meroen parallelus 4	
Secundum cl.	Per Sienem parallelus 6	
Tertium cl.	Per Alexandriam parall. 8	
Quartum cli.	Per Rhodum parall. 10	*medium ſecat.*
Quintum cli.	Per Romam parall. 12	
Sextum	Per Pontum parall. 14	
Septimum.	Per Boryſtenis oſtia par. 15	
Octauum	Per Ripheos montes par. 16	

IN hac tabula parallelorum non vnius alteriuſue (vt ſufficere dicit Ptolemæus) ſed omniũ planè ſymmetriam ad circulum maximum ſeruaui, quo ſphæricæ diſpoſitionis formam quadranguli quàm proximè repræſentarent, & debita longitudinis ad latitudinem proportio in regionibus ſeruaretur. Oculi tamen in medium totius continentis centrumq; ſphæræ directi rationem, quam lib.1.ca.24. iubet Ptolemæus, obſeruaui, quod ea doctè, eleganter, accommodatiſſimeq; ad opticæ exigentiam excogitata ſit. Singulis regionum nominibus addidi, quæ ſequentium tabularum illa latinè à Ptolemæo deſcribantur.



A IVXTA PTOLEMEVM



EVROPAE TABVLA. I.

In qua Inſulæ Britannicæ duæ, Hibernia & Albion cum minoribus adiacentibus deſcribuntur.

Inſignes Ciuitates, in quibus facta ſunt obſeruationes cæleſtes, ſunt hæ.

	Maxima diei hora.	*Diſtantia horaria à meridiano Alexandriæ.*
Thyle inſula	20.	2. in occaſum.
	HIBERNIAE.	
Iuernis	18.	3$\frac{5}{6}$ in occ.
Rheba	18$\frac{1}{2}$	3$\frac{1}{2}$ in occ.
	ALBIONIS.	
Loodinium	17	2$\frac{2}{3}$ in occ.
Eboracum	17$\frac{13}{23}$	2$\frac{2}{3}$ in occ.
Caturactonium	18.	2$\frac{2}{3}$ in occ.
Alata caſtra	18$\frac{1}{2}$	2$\frac{1}{2}$ in occ.
Dumna inſula	19$\frac{1}{4}$	2 in occ.
Vectis inſula	16$\frac{1}{3}$	2$\frac{1}{3}$ ferè in occ.

ANNOTATIONES.

In Hiberniam.

ISAMNIVM *promontorium in long. 15$\frac{2}{3}$ poſui, tametſi Romanum exemplar in 16. reliqui in 15. conſtituant, ſic enim melius promontorij ſpeciem exhibet, & magis ſine deformatione hodiernæ littorum figuræ reſpondet. Et fieri poteſt ut Rom. exemplar ex 15$\frac{2}{3}$ confecerit 16. fractionem cum integro numero contrahendo, qualem errorem tum in hoc, tum in alijs non rarò eſt deprehendere.*

Regia altera in exemplaribus omnibus habet lat. 59$\frac{1}{2}$ ſed quia poſt Rhebam, Laberum & Macolicum recenſetur, ordinis ratione aliam lat. & minorem requirit, conſtitui itaq; in 58$\frac{1}{2}$ cui & ſitus veritas reſpondet, Macolicum enim haud dubie eſt quod Malck *in neotericis ſcribitur tabulis, ad quod* Lymbrich *urbs (quæ Regia altera hæc omninò eſſe videtur) hunc ſitum & diſtantiam retinet.*

Ebudas duas nomine exemplaria ponunt in lat. 62. exiſtimo in 63. aut 62$\frac{1}{2}$ reponendas eſſe, ſic enim ſitus earum propius veritati reſpondet, ſunt enim hodie Euſt & Leuis, *quæ Maleo inſula nunc Mula dicta ſunt Septentrionaliores. Sequutus tamen ſum exemplariorum conſenſum.*

Mona inſula in omnibus exemplar. eſt in 15. 57.$\frac{2}{3}$. quum ordo inſularum & verus eius ſitus poſtulent (ut poſui) 17. 59$\frac{1}{2}$. Poſt hanc enim Edri & Limni inſulæ deſignantur.

In Albionem.

ALBIONIS *tota pars Septentrionalis errore eorum, quorum relatu deſcripta fuit, in Orientem extenditur, cum deberet in Boream, cuius vel Epidij inſulæ à cognomine, adeoq; affini haud dubiè promontorio nimia diſtantia teſtis eſſe poteſt. Neque enim Epidium inſulam longius à Maleo inſulæ ſeparare potuit, quòd earum ſitus, & ad Hiberniam habitudo rectè conſtituta eſſet.*

Camudulanum cum in Mediterraneis Orientalius Venta dicat Ptol. rectè ab exemplaribus in 21. 55. locatur, quamobrem littora vicina Orientaliora eſſe conuenit, quàm habẽt numeri. Exiſtimo igitur Garienni oſtium non in long. 21. ut habent exemplaria, ſed in 21$\frac{1}{6}$ collocandum eſſe, in qua ſequens extenſio littoris ſcripta eſt, & hanc nõ in 21$\frac{1}{4}$. verùm in 21$\frac{11}{24}$ reſtituendam eſſe, & Idumanij fluuij oſtia non in long. 20. ut habent exemplaria, nec in 20.$\frac{1}{4}$ ut Rom. ſed in 21$\frac{1}{4}$. & in lat. 55. (quam habent Rom. & Nouiom.) collocanda eſſe.

Fluuiorum nullorum origines in hac tabula deſcribit Ptolemæus.


OCEANVS HYPER BOREVS
Ebudę insulę
Vennicnij
Ro bog dij
Erdini
Darm
Nagnate
Voluntij
Blani
Auteri
Canci
Gangani
Manapij
Coriondi
Vellabori
Vterni
Brig antes
Vo dię
HIB ERNI
OCEANVS OCCIDENTALIS
VERG INIVS
OCE ANVS
Hib ernicus
Ordou
Silures
Demetæ
Atrebatij
Belgę
Dun no
Britan nicus oceanus


DEVCALEDONIVS
OCEANVS
Thyle insula
Orcades insulæ triginta circiter
Epidij
Cerotes
Creones
Carnonacæ
Carini
Cornabij
Gadini
Caledonij
Smerte
Cante
Vacomagi
Vernicones
Tæzali
Otadeni
Nouant
Brigantes
Parisi
GERMANICVS
OCEANVS
Catyeuchlani
Simeni
Trinoantes
Cantij
Regni
Germaniæ pars
Galliæ pars

EVROPAE TABVLA II.

In qúa deſcribuntur Hiſpaniæ, quam Græci Iberiam vocant, tres prouinciæ, Bætica, Luſitania, & Tarraconenſis.

Ciuitatum inſignium obſeruationes cæleſtes ſunt hæ.

LVSITANIAE.

	Maxima dies hora.	*Diſtantia horaria à meridiano Alexandriæ.*
Norba Cæſarea	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}\frac{1}{16}$ ferè	$3\frac{1}{2}$ fere, in occ.
Auguſta Emerita	$14\frac{2}{3}\frac{1}{8}$	$3\frac{1}{2}$ ferè, in occ.

BAETICAE.

Iſpalis	$14\frac{2}{3}$	$3\frac{1}{2}$ in occ.
Corduba	$4\frac{2}{3}\frac{1}{8}$ ferè	$3\frac{1}{2}$ in occ.

TARRACONENSIS

Aſturica Auguſta	$15\frac{1}{3}\frac{1}{16}$	$3\frac{1}{3}$ in occ.
Noua Carthago	$14\frac{2}{3}$	$3\frac{1}{12}$ in occ.
Tarracon	15.	$3\frac{1}{4}$ in occ.
Clunia colonia	$15\frac{1}{8}$	3 in occ.
Cæſarea Auguſta	$15\frac{1}{16}$	$2\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{16}$ in occ.
Gadira inſula	$14\frac{1}{8}$	$3\frac{1}{3}$ in occ.

ANNOTATIONES.

In Bœticam.

PRINCIPIO *in deſcriptione limitis Orientalis terminum eius ad mare Balearicum rectè ponunt Rom. & Nouiom. in 12. 37 $\frac{1}{6}$. quos numeros Villan. & Molet. manifeſta errore ad proximè ſequentem Anæ fluuij fontem detrahunt, quum nuſquam alioqui in ſequentibus terminus ille à Ptolomæo deſignetur, niſi in Tarraconenſi demum, vbi eius repetitionem potius quàm primam deſcriptionem fieri contendum eſt.*

Fontes Anæ Nou. in 14. 40. collocat. Vill. autem 11 $\frac{1}{6}$. 40. rectius, & videtur Nou. longitudinis numerum cum ſua fractione (vt aliàs nonnunquam etiam alijs accidit) in vnum numerum 14. hallucinando contraxiſſe.

Malaca in latitudine 37 $\frac{1}{6}$ ſcribitur, ſed legendum haud dubiè 37 $\frac{1}{12}$.

Sex itē in lat. 37 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. hic $\frac{1}{4}$ abundat, vt arguunt Mediterraneoarū Veſcis, Eſcuæ, & Artigis poſitiones, & Nou. 37 $\frac{1}{2}$ ponit.

Salduba Vill. Mol. & Nou. eſt in lat. 37 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Cuſ. autem & Rom. in 37 $\frac{1}{2}$ paulò rectius, in illis enim $\frac{1}{3}$ proculdubio abundat propter præcedentium locorum Arcilacis, Detunde, & Murgis poſitiones. Poſui ergo in 37 $\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.

In Ebore lat. 36 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. abundat $\frac{1}{12}$. Rom. ponit 36 $\frac{1}{12}$. cui ego ex reliquis adieci $\frac{1}{12}$. ſic enim melius circumpoſitis reſpondet.

Illipulam magnam poſui non in lat. 38 $\frac{1}{12}$. vt Vill. Mol. & Nou. nec in 36 $\frac{1}{6}$ vt Cuſ. ſed in 37 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. ſic exigentibus ſuperiorib. locis, & Illipula monte haud dubiè vicino.

Vgia apud omnes eſt in lon. 5 $\frac{1}{2}$. ſed præcedentes loci Setida, Ptucci, Sala, & Nabriſſa omnino 5 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ videntur exigere.

Contributa in lon. 7 $\frac{1}{6}$ eſt apud Vill. Mol. Nou. nam in illis 9. pro 7. corruptè poſitum eſt. Cuſ. & Rom. 7 $\frac{1}{3}$ ponunt, ego medium ſequutus 7 $\frac{1}{3}$ poſui, quod ſic aptius inter Nertobrigam & Reginam à Ptol. recenſeatur, & facilis eſt lapſus ex $\frac{1}{3}$ in $\frac{2}{3}$.

Aſtigis nō in long. 8 $\frac{1}{6}$ quam omnes ponunt, ſed in 8. $\frac{1}{2}$. $\frac{1}{6}$. ponenda, vt ſitus veritas oſtendit. Eſt enim Ecija hodie, & medio ferè loco inter Carmonam & Cordubam. Latitudinem quoq. non 38 $\frac{1}{3}$. vt omnes, ſed 38 $\frac{1}{12}$ eadem ratione poſui.

Acinipo Cuſ. & Rom. in lat. 38 $\frac{1}{2}\frac{1}{12}$. Vill. & Nou. in 38 $\frac{1}{6}\frac{1}{4}$. conueniens autem lat. ordini præcedentium & ſequentium cauſa eſt 38 $\frac{1}{2}\frac{1}{12}$.

Illipula mons alijs eſt in lon. 7 $\frac{1}{2}$. Nou. in 6 $\frac{1}{12}$. at ponendus in 9 $\frac{1}{2}$ proculdubiè. propter Illipulam cognomine vrbem.

Gadira inſula non in long. 5 $\frac{1}{4}$ iuxta omnes, ſed in 5 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ conſtituenda, vicinior nimirum continenti.

In Luſitaniam.

DORIAE *fluuij fontes bis à Ptol. deſcribuntur, primum vbi limitem Septentrionalem Luſitaniæ deſignat, deinde ab Ana fluuio deſcriptione littoris ad Doriam vſq. deducta. Prior deſignatio 12 $\frac{1}{3}$. 42 $\frac{1}{3}$ Doriæ fonti conuenit, poſterior magni fluuius nunc Arlanzonij dicti fontibus, qui iuxta Pintiam in Doriam fluit. Voluit fortè Ptol. vtriuſq. fluuij fontes indicare, quamobrem & vtrumque delineaui, etiamſi alterum proprio non appelles nomine.*

Catobrix lat. non 39 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. vt Cuſ. & Rom. ſed 39 $\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ conuenienter habet.

Verurium in lat. non 41 $\frac{1}{12}$. ſed 41 $\frac{1}{3}\frac{1}{6}$. propter Velladum ſequens locatur.

In Tarraconenſem.

ORVBIVM *promontorium omnes in long. 5 $\frac{1}{2}$ conſtituunt, ſed verus ſitus requirit 5 $\frac{1}{4}$.*

Solis aræ prom. in lat. non. 45 $\frac{1}{2}$. ſed in 45 $\frac{1}{3}$ propter Nerium promontorium conſtituendum eſt.

Eaſo prom. ab omnib. ponitur in lat. 45 $\frac{1}{6}\frac{1}{4}$. ſed quia ſic ſupra modū in Septentrionē excurrit, opinor in 45 $\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ ponendum.

Lucentum in 12 $\frac{1}{6}$ 37 $\frac{1}{4}$ à Cuſ. ponitur, à reliquis in 12 $\frac{1}{6}$ 37 $\frac{1}{12}$. à Vill. 12. 37 $\frac{1}{2}$. Lat. 37 $\frac{1}{4}$ conuenit, lon. 12 $\frac{1}{6}$ iuſto maior videtur, ideò ſuſpicor in Cuſ. commutatas fractiones, & legendum 12 $\frac{1}{4}$ 37 $\frac{1}{6}$.


CAN TA
MARE EX
TERIVS quod
OCCIDV
VM vocatur
Calla
TAR
Callai
LVSI
BÆ
IBERI
Artabri
Carpetani
Oreta
Dorius flu.
Tagus flu.
Abyla columna
Heracleoti mons


CVS
OCEA
NVS
Aquita
nię pars
Cerretani
Indigetes
Autheta
Castellani
Ilerca
ones
RICVM
MARE
Balearides insulę duę
Grecis Gymnesię dictę.
Pytiusę
insulę duę
BALEA
CVM mare
Medius meridianus 11, reliqui ad hunc inclinantur distantes iuxta rationem parallelorum 39. & 43. ad circulum maximum.

Dianium Rom. ponit in long. $15\frac{1}{2}$. Cuſ. in $15\frac{1}{12}$. opinor iunctim in $15\frac{1}{6}\frac{1}{12}$ ponendum, nam reliqui etiam $15\frac{1}{6}$ numerant.

Tenebrium prom. apud Rom. eſt in lat. $39\frac{1}{6}$. reliqui in $39\frac{1}{3}$. ego ambo iunxi, & poſui in $39\frac{1}{6}\frac{1}{3}$. ſic poſcente Tenebre portu vicino haud dubiè. Eſt autem manifeſtiſsimus error in poſitione Dianij & Tenebrii portus, reuera enim ſunt Valentia & Sucrone fluuio Meridionaliora, cum hic ſint Borealiora, & culpa eſt penes Ptolemæum, quandoquidem Conteſtanorum, & Edetanorum ordo in littorali deſcriptione hunc ſecum errorem adfert.

Obſeruandum eſt Ptolemæum ſub Callaicis Lucenſijs tanquam ſub genere ſequentes particulares nationes Caporos, Cilinos, Lemanos, Badios, & Suburros comprehendere. Similiter ſub Aſturia Brigecinos, Bedunenſes, Ormacos, Lungones, Selinos, Superatios, Amacos, Tiburos, Egurros, & ſub Callaicis Bracarijs Turodos, Nemetanos, Cœlerinos, Bibalos, Limicos, Gruios, Luancos, Quacernos, Lubenos, & Narbaſos. Conſiderandum quoque eum in hiſce generibus primum eas ciuitates deſignare, quæ peculiarem nationis appellationem non habent, deinde cæteras, alioquin turbatus videretur ordo Ptolemaicus, potiſſimum in Aſturis tumultuariè confuſa apparerent omnia, quanquam ne ibi quidem eas ciuitates, quæ generis tantùm nomẽ habent, omnino conſueto ordine enumeret, deſcendit enim primum à Septentrione in Meridiem, Orientẽ, deinde per Occidentem in Boream redit, Aſturicam videlicet metropolim circumeundo. Vtcunque autem res habet, ordo ſitus que locorum turbatus non eſt, vt patebit Itinerarium Antonini Pij conferenti.

Turuptiana quia poſt Caronium deſignatur minorem lat. habere debet, ideo non in $44\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. ſed in $44\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ poſui, quanquã exemplaria erroneè habeant 43. præter quæ Cuſ. ponit $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. cui fractioni proximè accedo.

Flauialambris quia apud Cuſ. eſt in long. $7\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. quum cæteri ponant $7\frac{1}{6}$ tantum, ideo videtur illis $\frac{1}{6}$ falsò ad lat. tranſlatum eſſe, quam $44\frac{1}{4}$ eſſe, non autem $44\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ exiſtimo, hæc enim multò maior iuſto ſitu eſt.

Argenteola in Aſturia perperam apud omnes lat. habet $44\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. ego vno gradu minorem poſui, ſic enim ordo poſt Lucum Aſturum, Laberrim, & Interamnium poſtulat, & Antonini ex Bracara Aſturicam iter requirit.

Brigecium in lat. $44\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ ſcribitur, ſed vno gradu veritatem ſuperant omnes, quum $43\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ tantum ſcribere debuiſſent.

Luna in Tarcois poſt Lacobrigam requirit, non $43\frac{1}{3}$. ſed $43\frac{1}{2}$ latitudinem.

Octauiolcam Vil. Mol. in lat. $44\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ ponunt, Cuſ. in $44\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Rom. $44\frac{1}{6}\frac{1}{4}$. exiſtimo in $44\frac{1}{6}\frac{1}{12}$ ponendum melioris ordinis cauſa.

Viſontium in Pelendonibus Cuſ. eſt in lat. $43\frac{1}{12}$. Rom. in $42\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Videtur iunctim in $42\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ ponendum, vti & alter Iberi fons aſsignatus poſtulare videtur.

Numantiam iuxta Cuſ. & Rom. poſui in lat. $12\frac{1}{6}$ qui lon. ponunt $41\frac{1}{6}\frac{1}{3}$. at Vill. ponit $42\frac{1}{6}\frac{1}{4}$ colligo igitur veriſimiliter long. $41\frac{1}{6}\frac{1}{4}$.

Ilurbida non in lat. $41\frac{1}{3}$. vt Cuſ. & Rom. ſed in $41\frac{1}{6}$ poſui, propter Sarabrim ibi locatam.

Bilbilis in Celtiberis ab omnibus ponitur in lon. $14\frac{1}{6}\frac{1}{4}$. ſed quia ex Antonino hanc conſtat Occidentaliorem eſſe Cæſarauguſta, quæ illum locum occupat, neceſſariò $\frac{1}{6}$ abundat, poſui itaque in $14\frac{1}{4}$.

Condabora propter Burſada ſequentis latitudinem non $40\frac{1}{6}$. ſed $40\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ habet.

Luſpariam in Oretanis poſt Mirobrigam & Caſtulonem ordinis cauſa non lat. $39\frac{1}{6}$ quam omnes ponunt, ſed $39\frac{1}{12}$ habere exiſtimo.

Tuia apud omnes eſt in lat. $38\frac{1}{6}$ ſed quia poſt Laccurim recenſetur in $38\frac{1}{6}$ ponenda venit.

Arcilacis in Baſtitanis apud Cuſ. & Rom. habet lat. $38\frac{1}{3}$. in reliquis $37\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. ego ex ijs veriſimiliter collegi $38\frac{1}{6}\frac{1}{4}$.

Similiter Acci in Oretanis apud Non. eſt & in lat. 38. in Mol. $38\frac{1}{3}$. in Cuſ. & Rom. $38\frac{1}{6}\frac{1}{12}$. in Vil. $38\frac{1}{12}$. Poſui ratione ordinis & præcedentium locorum $37\frac{1}{6}\frac{1}{12}$.

Carthago vetus in Ilercaonib. lat. $41\frac{1}{3}$ adſcriptã habet, verùm quia longius ab Ilerda diſsitã fuiſſe credo, in $41\frac{1}{6}$ cõſtitui.

Tercoſam ſiue Dertoſam non in lon. $15\frac{1}{4}$. vt exemplaria, ſed in $15\frac{1}{6}\frac{1}{4}$ poſui, ſic enim exigunt ordo poſt Adebam, Tiarinſam, Sigarram, & Iberi ſitus, cui ad ortum adiacet illa.

Alauona in Vaſconibus apud alios habet lat. $43\frac{1}{3}$. in Cuſ. & Rom. verò $42\frac{1}{6}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. at ordinis ratione cõpetit illi $41\frac{1}{6}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.

Succoſam in Ilergetibus non in lat. $42\frac{1}{6}$. ſed $42\frac{1}{12}$ ſuperiora loca poni poſtulant.

Aquæ calidæ in Auſetanis in lat. $42\frac{1}{6}$ ſunt Cuſ. Rom. & Mol. at Vil. habet $42\frac{1}{12}$. Non. $42\frac{1}{6}$. ego $42\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ poſui ratione Auſæ ſequentis.

Sebendunum & Baſsi in Vil. vt opinor, permutatas lat. habent, ideo Baſsi in $42\frac{1}{4}$. Sebendunum in $42\frac{1}{6}$ à me locata ſunt.

Ceresſus in Acetanis apud omnes eſt in lon. $15\frac{1}{3}$ ſed quia poſt Telobim ſequitur, poſui in $16\frac{1}{3}$. quo ferè ſitu hodie eſt Cernera, idem, vt exiſtimo, locus.

Decianam conſtituunt Cuſ. Rom. in lon. $17\frac{1}{6}\frac{1}{3}$. ſed in $18\frac{1}{6}\frac{1}{4}$ proculdubiò collocandum, nam reliqui in $18\frac{1}{3}$ ponunt.

Iuncaria non in lon. $18\frac{1}{6}$ vt Cuſ. Rom. neque in lat. $41\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. vt Vil. ſed in $19\frac{1}{4}$. & $42\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ ponenda eſt, ſic enim ſita eſt, & Cuſ. ac Rom. $42\frac{1}{3}$ lat. agnoſcunt.

Trileuci ſcopuli vno gradu Auſtraliores poſitione exemplariorum ſine dubio ſunt, nimirum proximè continentem etiam nunc ſiti.

Caſsiterides inſulæ 10. credito ipſarum parallelo, non autem in ſua longitudine à vetuſtioribus geographis ſignatæ fuiſſe videntur, cum earum ſolius cauſa fortè tabulas longius in Occidentem extendere nollent, hunc tamen ſitum pro vero accepiſſe apparet Ptolemæum, quum certum illis longitudinis gradum ſine addubitatione deſignet.

Fluuiorum, præter eos quorum fontes numeris definiuit, nullorum origines Ptol. indicauit.

EVROPAE TABVLA III.

Continet Galliæ, Græcis Geltogalatiæ dictæ, quatuor prouincias, Aquitaniam, Lugdunenſem, Belgicam, & Narbonenſem.

Celebrium in his ciuitatum obſeruationes cæleſtes ſunt hæ.

AQVITANIAE CELTOGALATIAE.

	Maxima dies hora.	*Diſtantia horaria à meridiano Alexandriæ.*
Mediolanum	15 $\frac{2}{3}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ in occ.
Burdigala	15 $\frac{2}{3}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè in occ.

LVGDVNENSIS GALLIAE.

Auguſtodunum	15 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{3}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ in occ.
Lugdunum	15 $\frac{2}{3}$	2 $\frac{1}{2}$ ferè in occ.

BELGICAE GALLIAE.

Rigiacum	16 $\frac{1}{4}$	2 $\frac{2}{3}$ fere in occ.
Durocottorum	16 $\frac{1}{4}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$ in occ.

NERBONENSIS CELTOGALLATIAE.

Maſſilia	15 $\frac{1}{4}$	2 $\frac{1}{3}$ in occ.
Narbon	15 $\frac{1}{4}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$ in occ.
Vienna	15 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{3}$ in occ.
Nemauſus	15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	2 $\frac{1}{2}$ in occ.

ANNOTATIONES.

In Aquitaniam.

SANTONVM *promontorium non in lat. 47 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. ſed in 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ponendum præcedentia ſequentiaq́ littora oſtendunt.*

Santonum portus eſt in lat. 47 $\frac{1}{4}$. vt colligitur ex Vil. vbi latitudines promontorij & portus permutatæ ſunt.

Ratiaſtum omnibus eſt in long. 17 $\frac{1}{3}$. quod præcedentia Limonum & Mediolanium non patiuntur, ego in 19 $\frac{1}{3}$ poſui, nam hic ſitus reſpondet veritati. Et quum Santones Pictonibus ad meridiem confines poſuerit Ptol. Limouicos item iiſdem conterminos, ſed in Mediterraneis, non poteſt Ratiaſto eadem longitudo quæ Mediolano conuenire.

Ducona Ratiaſti poſitionem ſequitur, quare non in long. 18. ſed 19 locanda eſt, ſic etiam & hodie Cadurci cum Limouicis & Petrocorijs ſiti ſunt.

Intaſta & Auſciorum auguſta latitudines permutatæ ſunt, id tum deſcriptionis ordo, tum Datiorum inter Tabulos & Auſcios collocatio à Ptol. facta teſtatur.

Rueſſium omnes ponunt in long. 18. ego addidi $\frac{1}{2}$. quia Rieux & Aux (quæ Rueſſium & Auguſtam eſſe perſuadeor) hodie talem inter ſe ſitum habent.

Medulli populi iuxta Rhodanum & Lugdunum, videntur hic in Ptol. ſcribarum vitio excidiſſe, nam in Narbonenſi Gallia ſcribit Allobroges, ſub illis, ad meridiem videlicet illorum, ſitos eſſe.

In Lugdunenſem Galliam.

VINDANA *portus in lat. 49 $\frac{1}{2}$ à reliquis, à Rom. verò 49 $\frac{1}{4}$ ponitur, at pro iuſta forma littorum ſeruanda 49 $\frac{1}{2}$ conuenit.*

Sequanæ fluuij oſtia alij in lat. 51 $\frac{1}{4}$. alij 51 $\frac{1}{6}$ conſtituunt, ſed 51 $\frac{1}{3}$ littorum figuræ conuenit.

In Auguſtobona Rom. habet long. 24 $\frac{1}{3}$. reliqui 23 $\frac{1}{4}$. ego pro commemoratiore ſitu compoſui 23 $\frac{1}{6}$. eademq́ ratione Pariſium in 23 $\frac{1}{6}$ collocaui.

Rodumnam omnes in lon. 24. ponunt & Forum Seguſianorum in 23 $\frac{1}{6}$. ſolus Rom. in 22 $\frac{1}{6}$. at quum Ptol. Seguſianos conterminos ponat Aruernis & Turupijs, Cemenosq́ montes incolere dicat, neceſſariò inter Ligerim fl. & Cemenos montes collocandi ſunt. Proinde Rodumnam in 21. Forum Seguſianorum in 20 $\frac{1}{2}$ poſui, ſic etiam recto ordine ſequitur Latina poſitio.

Cabullinum ponunt in lon. 22 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Cuſ. in 23 $\frac{1}{3}$. Rom. in 24 $\frac{1}{3}$. ego iuxta veritatem in 23 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

In Belgicam Galliam.

OVIA *Itium promon. rectè pro Albionis ſitu in lat. 52 $\frac{2}{3}$ à Cuſ. ponitur, ſimiliter Moſæ fl. oſtia à Vil. in 53 $\frac{1}{2}$. rectè intermedia duo, Geſoriacum & Tabuda eſtium ad eandem lat. à 53 $\frac{1}{2}$ in exemplaribus indenta retraxi, ſic enim & Littorum verior forma conſtat.*

Origiacum omnes ponunt in lat. 51. at ſitus loci & ſequentium Samarobriga & Cæſaromagi poſitiones 51 $\frac{1}{3}$ requirunt.

D Samaro


Modus meridianus 23. ad quem reliqui ordinantur, extremorum parallelorum 45 · 51 ad circulū maximum
pars
Britan
nicus
Angliæ
Oceanus
Oceanus
Aquita:
nicus
Osiſmij
Veneti
Lexubij
Caletę
Veneli
Ambiani
Atre
Namnetę
Andicani
Samnitę
Lugdu
nen
G A
L
Pictones
Aqui:
Lunouici
Rhedones
Carnutę
Senones
Santones
Cadurci
Petrocorij
Turupij
lis
Gal
Nitiobriges
Biturigęs
Vibiſci
Tabali
Segusiani
Auſcij
Aruerni
Vellauni
Tarbe
li
Rutani
nia
Volcę
Arico:
Tecto
ces
Narbo
nen
Hiſpaniæ pars
Gal
li



Bataui
Tongri
Sicambri
Germanie
Germania
Tencteri
Neruij
Belgica
gal
lia
inferior
Intuergi
Romandui
Vangiones
Ger
Carieni
pars
Vessones
Trib
eri
Nemetes
Rem
L
I A
mania
Med
iomatrices
Tribocci
Leuci
superior
Vadicasij
Lingones
Elueti
Sequani
Med
ulli
Tricasteni
broges
Hi
Cauari
Sentij
Vocontij
Gallia
Salices
Elicoci
Daciatij
Com
cum
mare
Itali
e pars

Samarobrigam collocant in long. 22 $\frac{1}{4}$. ego in 21 $\frac{1}{4}$. & cum Non. in lat. 51 $\frac{1}{3}$. ita diſtantia Antonini Pij inter hanc & Cæſaromagum, nimirum 25. mil. paſſ. rectè ſeruatur.

Pro Aduacutum in autographo ſcriptum fuiſſe opinor Aduaca Ton. id eſt, Tongrorum, proinde Aduaca pro Aduacutum legendum eſſe.

Baganum locant in 25 $\frac{1}{4}$. 51 $\frac{1}{2}$. qui locus Neruijs minimè conuenit, reſtitui lon. in 23 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. exiſtimo enim Baiacum Antonini hodie eſſe Banay, qui locus hanc poſitionem reſpectu Samarobrigæ proximè obtinet.

Auguſtam Romanduorum collocant in long. 25 $\frac{1}{2}$. ſed 24 $\frac{1}{2}$ ſitus eius poſtulat.

Durocortorum à Rom. ponitur in lat. 48 $\frac{1}{3}$. à Vil. 48 $\frac{1}{4}$. at iunctim hæc poſita, videlicet 48 $\frac{1}{4}\frac{1}{3}$. veriorem rationem ad Pariſium & Auguſtam Veſſonum exhibent.

Diuodurum non rectè in lat. 47 $\frac{1}{3}$. conſtituunt, melius in 47 $\frac{2}{3}$ ſitus eius quadrat.

Naſium pro ſitu ſuo deberet Septentrionalius eſſe Tullo, ideo pro lat. 46 $\frac{1}{2}$ poſui 46 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ [illegible].

Batauodurum alij in lat. 52 $\frac{1}{4}$. ſolus Non. in 52 $\frac{1}{3}$. nec dum ſatis, quia enim certum eſt nunc eſſe Batenburch*, poſtulat eius ſitus reſpectu Veteræ 52 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ [illegible]. & Vlpiæ nunc* Alpen *ſitus 52 $\frac{1}{2}$. non 52 $\frac{1}{4}\frac{1}{3}$.*

In Moguntiaco & Obrinci fl. diuertigio numeri erant permutati, quos ſuis locis reſtitui.

In Neomege Nemetum pro lat. 49 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ poſui 49 $\frac{1}{2}$. ſic eius ſitu poſtulante.

Argentoratum & Breucomagus vitio ſcribarum cum ſuis numeris inuerſo ordine in exemplaribus recenſentur, Breucomagus enim Septentrionalior eſt Argentorato.

Vangionum & Nemetum ſitus in Ptol. tranſpoſitus confuſusq́; eſt.

In Narbonenſem Galliam.[1]

ILLIBERIS *Rom. eſt in long. 20 $\frac{1}{3}$. Cuſ. 19 $\frac{2}{3}$. reliquis in 19 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. ego in 19 $\frac{2}{3}$ poſui, hunc enim reſpectu Ruſcinonis ſitum habere exiſtimo, & eſſe quæ nunc Illa in tabulis reperitur.*

Accuſiorum colonia in lon. 23. ab omnibus ponitur, at in 24. collocanda, facit enim Ptol. Cauaros Orientaliores Segalaunis, & inter hos Tricaſtenosque medios.

Arauſiorum colonia nunc Orange, Latinè Auriacum, Septentrionalior eſt Cabelliorum colonia, quæ nunc Cauallon vocatur, & in eodem penè ſunt Meridiano, ideo Arauſ. col. in lat. 44 $\frac{1}{3}$ poſui, quanquam Cuſ. 44 $\frac{2}{3}$ habeat, id enim nimium eſt.

Pro Vaſiorum exiſtimo legendum eſſe Vaſium, vt Cuſ. habet, niſi deſit: colonia.

EVROPAE TABVLA IIII.

Continet Germaniam magnam.

In qua inſigniores ciuitates hæ cœleſtes obſeruationes habent.

	Maxima dies hora.	*Diſtantia horaria à merid. Alexand.*
Amaſia	16 $\frac{5}{6}$	2 ferè in occ.
Luppia	16 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$	1 $\frac{2}{3}$ in occ.
Rhobodunum	15 $\frac{3}{4}$ $\frac{1}{8}$	1 $\frac{1}{3}$ in occ.
Scandia inſula	18	1 in occ.

ANNOTATIONES.

VIDRI *fluuij oſtia & Mararmanis portus iuſte ordine apud Cuſ. ſunt opinor, apud reliquos inuerſo. Quia verè Mararmanem exiſtimo nunc eſſe Olde Mardum, pro eius ſitu latitudinem poſui cum Cuſ. 54 $\frac{5}{6}$. licet alij ponant 54 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$. proinde & Vidri oſtia in lat. 54 $\frac{5}{6}$. quæ omnes in 54 $\frac{1}{3}$ ponunt.*

Fontes Viſtulæ apud omnes ſunt in 44 52 $\frac{1}{6}$. qui ſitus illis minimè conuenit. ſed eſt Orientalis cor-minus Aſciburgij montis poſt commemoratus à Ptol. Itaq; fontem Viſtulæ in 42 $\frac{1}{6}$. 50 $\frac{2}{3}$. ſuo proximè loco poſui, vbi & Carrodunum (ſi modo, vt volunt, id nunc eſt Cracouia) fluminis adiacens poſtulat.

Treuam opinor non ad Albim, vbi iuxta exemplari poſui, ſed in long. 35 ponendam eſſe, & eſſe quæ nunc Lubeca dicitur, flumus enim hanc alluens, hodie die Traue *vocatur.*

Virunum omnes conſtituunt in lat. 55. ego autem exiſtimo in 54. ponendum, videntur enim omninò Viruni Meridionaliores Auarpi, cum eos ac Teutonaros ponat Ptol. inter Saxones & Sueuos, Teutonaros item & Auarpos inter Pharodinos & Sueuos.

Aſciburgium omnibus in lat. eſt 52 $\frac{5}{6}$. at pro reſpectu Agrippinenſis & Veterræ quadrat in 52 $\frac{2}{3}$.

Naualia in lon. 27 $\frac{2}{3}$ locant, ſed nimis in occaſum, ſi tertium Rheni oſtium reſpicias, proinde in 28 $\frac{3}{4}$ poſui.

Nauplia pro lat. 36. [illegible] Vill. Mol. aut 36. Non. aut 35 [illegible] Cuſ. Rom. exigit 35 [illegible]. forma litoris ſic exigente.

Spireo prom. ſupra lat. 36 [illegible] adhuc [illegible]. debetur ratione ſitus.

Athenienſiũ portus in lat. 36 [illegible] à Vil. Mol. à Cuſ. & Rom. in 36 [illegible] ponitur, mediũ horũ 36 $\frac{1}{3}$ conuenientius veritati eſt.

Cronius mons ab omnibus conſtituitur in eadem lon. & lat. cum fontibus Eurotæ, latitudinem igitur eius 35 [illegible] loco 35 [illegible] ſumpſi, vbi fontes Eurotæ paulò ſupra Blemminam eſſe conſtat.

Zarex mons in lat. 35 [illegible]. vbi Dioſſoteros portus eſt, minimè quadrat, ſed deeſt omnibus [illegible]. verè enim in 25 [illegible] ſitus eſt.

Cortine in lon. 48 [illegible] eſt Vill. Mol. Cuſ. Rom. ſed Non. in 48 $\frac{1}{3}$ conuenit autem 48 $\frac{1}{4}$ illi aſcribi propter Olympiam Piſam præcedentem.

Hipania in lon. 49 [illegible] à Non. à reliquis 49 [illegible] ponunt medium horum 49 $\frac{1}{3}$ propius eius ab Herea & Lepreo diſtantiam referre videtur.

Heream in lon. 49 $\frac{1}{3}$ omnes collocant, manifeſtiſſimo plerique errore ipſam Hipania occidentaliorem facientes, quum hæc ſit Elidis, illa verò Arcadiæ adeoq́ orientalior, quamobrem pro $\frac{1}{3}$ ſubſtituenda ſunt. $\frac{2}{3}$.

Mantinea, quæ & Antigonia dicitur, quia poſt Heream, Pſophim, & Lyſiadem refertur, lon. hauddubiè 49 [illegible] habet, non 49 $\frac{1}{3}$ vt Mol. Non. neq́ 49. [illegible] vt Vill. neq́ 49 [illegible] vt Cuſ. Rom. diſtantia enim eius à Meſſenia & Megalopoli, quæ ex Strabone & Pauſania colligi poteſt, ſic æquius ſeruatur.

Thalamen, quia vnanimi conſenſu ab omnibus in 51 36. collocatur poſt Cyphantam & Lernam, ſuſpicor ab aliquo adiectam fuiſſe.

Cytheræ inſulæ ciuitas in lon. 50 [illegible] quam omnes ponunt nequaquam ſita eſt. ſed in 51 [illegible].

Salamis inſula in lat. 36 $\frac{1}{3}$. vt omnes præter Non. volunt, minimè conuenit, melius Non. in 37 ponit, verus autem illius ſitus requirit 36 [illegible].

In Cretam.

CHERSONESVS *ſub Ramno portu eãdem cum illo lat. habere non poteſt, proinde [illegible] in exemplaribus abundat. Pæcilaſium & Hermea prom. inuerſo ordine cum ſuis numeris referuntur, eſt enim Pæcilaſium nunc Pentalo in ſinu qui promontorio eſt orientalior. Caſtiganda quoque ſunt latitudines, in Hermea prom. pro 34 [illegible] aut [illegible] ſubſtituendum eſt 34. in Pæcilaſio pro 34 [illegible] aut [illegible]. reponendum 34 [illegible].*

In Phœnicis portus lon. 53 [illegible] apud Mol. Vil. Cuſ. Rom. abundat [illegible]. ſimiliter in lat. 34 [illegible] eorundem pro [illegible] reſtituendum eſt [illegible]. quemadmodum Non. conſenſit. In Phœnice quoque ciuitate pro 53 [illegible] aut [illegible]. & 34 [illegible] ſubſtituenda ſunt 53 [illegible]. 34 [illegible] ſic litoris vera forma vrgente.

Lebena pro lat. 34 [illegible] poſtulat 34 [illegible] Cataracti fluuij oſtia pro lat 34 [illegible] exigunt 34 [illegible].

Erythreum prom. reſpectu Ampeli ſequẽtis ad lat. 35 non pertingit ſeruata litoris iuſta forma, poſui ergo in 34 [illegible].

In Dione prom. apud exemplaria manifeſtum eſt longitudini 53 [illegible] vnum tertium deeſſe.

Dictami latitudini 34 [illegible] addendum eſt [illegible] pro ſitus veritate. Et Paſco prom. pro 34 [illegible] danda eſt 35 latitudo. Et Ciſamus in lat. 34 [illegible] reſtituenda eſt, quanquam exemplaria minus aſſignent.

Melos inſula reſpectu Dia & Cimolis lat. 35 [illegible] poſtulat, quum exemplaria 35 [illegible] tantum habeant.

AFRICAE TABVLA I.

Continet ambas Mauritanias, Tingitanam & Cæſarienſem,

Oppidorum in ea celebriorum obſeruationes cæleſtes ſunt hæ.

MAVRITANIAE TINGITANAE.

	Maxima dies hora.	*Distantia horaria à merid. Alexand.*
Tingis	$14\frac{2}{3}$ ferè	$3\frac{1}{4}\frac{1}{12}$ verſus occaſum.
Lixa	$14\frac{2}{3}$	$3\frac{1}{4}\frac{1}{12}$ in occ.
Volubilis	$14\frac{2}{3}$	$3\frac{1}{3}$ ferè verſus occaſum
Zilia	$14\frac{1}{2}\frac{1}{12}$	$3\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ in occ.

MAVRITANIAE CAESARIENSIS.

Cattenna	$14\frac{2}{3}$	3 verſus occaſum.
Iulia Cæſarea	$14\frac{2}{3}$	$2\frac{2}{3}\frac{1}{4}\frac{1}{12}$ in occaſ.
Salde	$14\frac{2}{3}$	$2\frac{1}{2}$ in occaſ.
Oppidum nouum	$14\frac{1}{2}$ ferè	3 ferè verſus occaſ.
Zuchabari	$14\frac{1}{2}$ ferè	$2\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ verſ. occ.
Tubuſuptus	$14\frac{1}{12}$	$2\frac{2}{3}$ verſ. occ.

ANNOTATIONES.

In Mauritaniam Tingitanam.

SVBVR *pro lat.* $34\frac{1}{3}$ *habere debet* $34\frac{2}{3}$, *propter fluuij cognominis (cui haud dubiè adiacet) ſitum, & propter Lixam oppidum, cui alioqui proximè concurreret.*

Pro Ὀβα fluuio ſuſpicor Οὐάλα legendum eſſe, ut ſint cognomines, fluuius & adiacens ciuitas Vala ſiue VVala, aut Ouala diphthongo Græca expreſſa.

In Mauritaniam Cæſarienſem.

VRBARA *fortè in long.* $12\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ *pro* $12\frac{1}{3}$ *ponenda erat.*

Gaſmara quum poſt Badeam ponatur, ordinis ratione longitudinem habet 20. pro 18. Latitud. autem plurium conſenſu $32\frac{2}{3}$. *Similiter & Boda colonia in long.* $20\frac{1}{2}$ *pro* $18\frac{1}{2}$.

Thudaca & Tigis inuerſo ordine, ut opinor, poſitæ ſunt, proinde Tigim collocari non in long. $19\frac{1}{2}$ *ut exemplaria conſentiunt, hoc enim eſſet prius emenſos limites & ſpacia altius repetere, & nimium retrogradi, ſed in* $20\frac{1}{2}$ $32\frac{1}{2}$. *quo tamen nihilominus contra ſtatutum ordinem à Suburgia progreditur Ptol. verùm ne inde erroris perſuaſio oriatur, ipſe ſe peragratas in præcedentibus, Boda colonia, Synitha, Thibine, Izatha, Auxime, & Suburgia longitudines latitudinesque tranſcendere, ad ſuperiorem & Occidentaliora redire fatetur, cùm in Tigi & Thudaca iterum ab alio principio ſe ordiri præfatur.*

Ortus fluuiorum nullos recenſet ante Ampſagam præterquàm Phemij, quem iuxta Suburgiam naſci dicit.

M. 1.


Hiſpanię pars
Ibericum mare
MAV
RITA
NIA
TIN
GI
M
A
V
R
I
C A E S A R
Mauren
ſij
Angaucani
Neſtiberes
Herpi
Segrenſij
Eluliį
Dryitę
Nacmuſij
Tolotę
TANA
Vacuatę
Myceni
Libyæ
interi
Bacuatę
Verbicę
Sorei
Maſæſyli
Banioubę
Caunt
Sucto
Sala
Vola
Theodoſia
Pas
Erythia
N V M quod occiduum appellatur.
Metagon
Phœbi promonto.
Pyrhon pedium id eſt campus


Sardoum
pela:
gus
Sinus Numidicus
Africę
pars
Tulenſij
Mucu ni
Baniuri
Chi tuę
T A
Machures
Cida
muſij
N I A
Maccurę
E N S I S
Thalaſſij
Enabaſi
Malchubij
Toducę
oris
pars

AFRICAE TABVLA II.

Continet Africam minorem.

Ciuitates quarum cœleſtis habita eſt ratio ſunt hæ.

	Maxima diei hora.	*Diſtantia horaria à merid. Alexand.*
Thabraca	$14\frac{3}{7}$	2 ferè verſ.occ.
Vtica	$14\frac{5}{6}$	$1\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ verſ. occ.
Carthago	$14\frac{3}{4}$	$1\frac{1}{3}$ verſ occ.
Adrumentum.	$14\frac{5}{6}$	$1\frac{1}{4}$ verſ.occ.
Leptis magna.	$14\frac{3}{4}$	$1\frac{7}{12}$ verſus occ.
Cirta Iulia	$14\frac{5}{12}$	$2\frac{1}{6}$
Sicca Veneria	14 & parum quid	2 verſ. occ.
Bullaria	$14\frac{7}{12}$	2 ferè verſus occ.
Vthina	$14\frac{7}{12}$	$1\frac{2}{3}$ verſ. occ.
Thyſdrus	$14\frac{3}{4}$	$1\frac{1}{2}$ verſus occ.
Mininx in.et ciu.	$14\frac{7}{12}$	$1\frac{2}{3}$ verſus occaſ.
Coſſyra inſ.	$14\frac{5}{6}$	$1\frac{1}{2}$ verſus occaſ.
Melite inſ.	$14\frac{5}{6}$	$1\frac{1}{4}$ verſus occaſ.

ANNOTATIONES.

GAVSAPHNA & Lambeſa tametſi contra ordinem deſcribuntur in opere Ptolemai, videlicet, poſt Thebam, Tuburſicam, & Veſbim, tamen quia in omnibus exemplaribus eoſdem habent numeros, ſuo loco conſiſtere veriſimile eſt, vt de Lambeſa Antonini Itinerarium inſpicienti etiam certo conſtare poteſt. Quamobrem eas poſt Ptolemæum ab aliquo adiectas, aut certe ſuo ordine motas eſſe ſuſpicor, non enim ſine certa & apparenti cauſa ita retrorſum in peragratos antea terminos redire Ptolemæus conſueuit.

Naraggaram opinor in lon. $30\frac{5}{6}$. ponendam, quia longitudinis trigeſimum gradum in præcedentibus abſoluiſſe videtur, & Nouiomagi exemplar cum ponit 36.36. videtur ex 30. $\frac{5}{6}$ 30 $\frac{5}{6}$ ſic corrupiſſe.

Æthuſa inſula omnino videtur quæ nunc in marinis tabulis eſt Limeza, proinde pro latit. 33 $\frac{1}{2}$ poſui 33 $\frac{2}{3}$. ita enim ſitus conuenientior eſt, nec alia ibi apparet inſula, vt aliò Æthuſam referas.

In Melite deſcriptione multum errant tabulæ omnes, Cherſoneſum enim, Iunonis templum, & Herculis templum peculiares inſulas faciunt, quum iuxta Ptolemai mentem in eadem ſint inſula Melita.

Glaucus inſula iuxta hydrographicas tabulas hunc quem poſui ſitum requirit

In Larunesijs inſulis pro lat. 33 $\frac{1}{4}$ poſui 33 $\frac{1}{12}$. ſic enim ſitus veritati reſpondet.

Bagradas fluuius oritur ex Mampſaro monte, vt habet Ptol. libr. 4. capit. 3. vt verò cap. 6. ex monte Vſargala, tranſit ergo Mampſarum, nam cap. 6. etiam ciuitates iuxta Vſargalam & principium Bagrada fluuij deſcribit. Rubricatus fluuius ex Thambe monte fluit. Hipponites & Siſara palus ex monte Cirna aquas recipiunt. Triton fluuius ex Vſalete oritur. Cyniphus fluuius ex Chuzambari monte, vt eſt lib. 4. cap. 3. at vt capit. 6. ex monte Girgiri, qui eſt in Libya interiore, tranſit ergo montem Chuzambarem.



Sardiniæ pars
APHRICVM
PELA
Numidia noua
Mideni
Miedij
Cirteſij
Mauretaniæ Cæ ſarien ſis pars
Libyphœ nices
Carthago
Bazacitis regio
Gephes
Mifulani
Mufuni
Oruti
Cerophæi
Nabathræ
Natabutæ
Saburbures
Mampſa ri
Nifibes
Haliardi
Sitaphius campus
Deſerta Li byæ interioris
Libyæ interioris

TAB:



GVS
Syrtis minor
Syrtis ma
ior
Nigitimi
Aſtacures
Eropæi
Damenſij
Nigbeni
Achemenes
Dolopes
Nycpij
Muturgu
res
Muchthuſij
Eleiones
Vzaræ
Erebidæ
Macæi Syr
titæ
Initium deſertę Libyę
oris
Deſerta Libyæ interioris
pars
Cyrenaicę pars

AFRICAE TABULA III.

Continet Cyrenaicam & AEgyptum.

Ciuitatum aliquot inſigniorum obſeruatio cœleſtis.

CYRENAICAE.

	Maxima diei hora.	*Diſtant. horaria à meridiano Alexandriæ.*
Berenice	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{8}$ verſus occ.
Arſinoe	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{4}$ verſus occ.
Ptolemais	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{3}$ verſus occ.
Apollonia	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{3}$ verſus occaſum.
Cyrene	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{3}$ verſus occaſum.
AEGYPTI MARMARICAE		
Cherſoneſus magna.	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{6}$ verſus occaſum.
LIBYAE.		
Paretonium	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{4}$ verſus occaſ.
Alexandria	14 $\frac{1}{2}$	4 horis diſtat à meridiano Fortunatarum inſularũ verſ. ort.
Peluſium	14 $\frac{8}{12}$	o $\frac{1}{3}$ verſus ortum.
Memphis	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$	o $\frac{1}{8}$ verſus ortum.
THEBAIDIS		
Ptolemais Heruij	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{4}$ verſus ortum.
Dioſpolis magna	13 $\frac{1}{3}$	o $\frac{1}{3}$ verſus ortum.
Syene	13 $\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{4}$ verſus ortum
Ammon	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$	o $\frac{1}{3}$ verſus occaſum.
Oaſſis magna	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$	o parum quid verſus occaſ.
Myſormus	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{4}$ verſus ortum.
Berenice	13 $\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{8}$ verſus ortum.

ANNOTATIONES.

In Cyrenaicam.

DREPANUM prom. in lon. 47 $\frac{1}{4}$ ponitur ab omnibus, opinor autem $\frac{1}{2}$ abundare, non enim ſic promontorium refert, quale ibidem in nauigatorijs tabulis apparet.

Herculis Arena mõs latitudinẽ videtur poſcere 29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ quanquã exemplaria 29 tantũ habeãt.

Velpos montes non in lat. 29 $\frac{1}{2}$ ſed 28 $\frac{1}{2}$ opinor reponendos, quia poſt Herculis arenas deſcribuntur fortè Nou. rectè in 25 $\frac{1}{2}$ ponis.

In Cyrenaica lacus deſcribens Ptol. maritimos duos videtur facere, vnum qui in Latonem fluuium deriuatur, alterum dicit ſub Paliuro eſſe, opinor autem corruptum locum, & ſic legendum: Et paludem quæ ſub Paliuro exit.

Cherecla ratione littoralium locorum lat. habet 31 $\frac{1}{12}$ aut vt habet exemplar Villanouanum 31. non autem 31 $\frac{1}{3}$ ſic enim in litens attolleretur.

Zenyrthus ratione ſuperiorum locorum latitudinem 31 $\frac{1}{12}$ non 31 $\frac{1}{4}$ exigit.

Phalacra ratione præcedentium locorum lat. habet 30 $\frac{1}{12}$ non 30 $\frac{1}{2}$.

Arimanthis oppidum fortè adiectum ab aliquo, ideo poſt Philonis vicum recitatum, etiamſi occidentalius, maiorem tamen latitudinem habet.

In Aegyptum.

CUM Marmaricam Libyam & Ægyptũ vno capite ſimul deſcribat Ptol. & li. 8. quartæ tabulæ Africanæ cõtenta enumerans Cyrenaicam tantũ & Ægyptum nominet, manifeſtum ſit Marmaricam & Libyam circa ea tempora ſub Ægypti regno comprehenſas fuiſſe. Diuidit autem Ptol. Ægyptum in regionem inferiorem, Heptanomos, & Thebaidem ſiue ſuperiorem regionem. Regionis inferioris vniuerſam deſcriptionem, quia hac tabula exhibere propter eius anguſtias non licuit, appendicem ſubiunxi, in qua quæ ſunt reliqua Ptolemæi, omnia comprahenduntur.

Gapharam Marmaricæ oppidum ponunt in lat. 30 $\frac{1}{6}$ Vill. autem in 30 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$ omninò autem veriſimile eſt ponendam in 30 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ propter Maſadalis ſequentis latitudinem.

Leontopolis pro long. 62 $\frac{1}{4}$ ratione præcedentium & ordinis haud dubiè 62 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$ habere debet.

Poſt Nout. nomum ſequitur in Vill. & Mol. exemplaribus ſequentis deſcriptionis titulus, his verbis: Ægypti ſitus. In Cuſ. autem ſimpliciter: Ægypti. In Rom. autem ſic: Ægypti mediterraneæ, & ſubiungitur Tanites nomus. Conſtat autem ex Num. ca. 13. Tanim eſſe antiquiſsimam, quare cum delta magnum Ægypto ex inundationibus Nili accreuerit, primam huius accrementi partem Taniticum agrum fuiſſe non dubium eſt. Itaq; antiquiſsimam Ægypti deſcriptionem hinc inchoatam Ptolemæus à Marino per manus accipiens, hunc inuentum titulum ſeruaſſe videtur.

Heroum quia Ptol. inter mediterraneos recenſet, cum prius intimũ ſinus Arabici iuxta Heroum in 63 $\frac{1}{6}$, 29 $\frac{11}{12}$ notaſſet, exiſtimo rectè collocari in 63 $\frac{1}{2}$ 30 licet Cuſ. & Rom. exemplaria habeant 63 $\frac{1}{6}$ 30.


LIBYCVM MARE
AEGYP
Barcitę
Baſſachitę
Zygritę
M A R
Apotimatæ
Adyrmachidæ
Aſbetę
Macatutæ
C Y R E
Laganicorum ſpecus
Pſilli
Augilæ
Naſamones
Hammonica regio
Loca ferarum plena
M A
Bacatæ
Anagombri
Auchiſę
Tapamtę
Salphiophera regio
N A I C A
Sentites
Obike
Iobanchi
R I C A
Deſerta
Aezari
Phazaca regio
Aethiopiæ ſub
Lynxamatæ
Libyę interioris pars
Chelonidę paludes

TAB.


PELA:
GVS
Iudææ pars
inferior
Arabię petreę pars
Ogdemi
Mastitæ
Nitriotę
Oasites mi: nor
Oasites maior
Scythiaca regio
Arabes
Riuditæ
Libyægyptij
Sinus
Arabici
pars
Adei
Colobi
Trogloditi: cæ pars
pars

AFRICAE TABVLA IIII.

Continet Libyam interiorem, Aethiopiam quæ ſub Aegypto eſt, & Aethiopiam interiorem.



t habet
t. Idem

dia de-

it. Ex
e Capha
x Gr.
tes ha..
dem ca-
tentiam
atur ef.
t, atque
ad facile
miracu.

gnatio-

Simile eſt

AFRICAE TABVLA IIII.

Continet Libyam interiorem, Aethiopiam quæ ſub Aegypto eſt, & Aethiopiam interiorem.

Ciuitates quarum eſt cæleſtis obſeruata ratio, ſunt hæ.

LIBYAE INTERIORIS.

	Maxima dies horæ.	*Diſtant. horaria à meridiano Alexandriæ.*
Antolalæ	13 $\frac{2}{3}$	3 $\frac{1}{3}$ verſ. occ.
Iarzitha	12 $\frac{11}{12}$	3 ferè verſus occ.
Thamondocana	13 $\frac{1}{12}$	2 $\frac{1}{2}$ ferè verſ. occ.
Gira	13 $\frac{1}{4}$	1 $\frac{11}{12}$ verſ. occ.
Garama	13 $\frac{1}{3}$	1 $\frac{2}{3}$ verſ. occ.

AETHIOPIAE SVB AEGYPTO.

Napata	13 $\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{6}$ verſus ortum.
Meroe.	13	o $\frac{1}{12}$ verſus ortum.
Ptolemais ferarum	13	o $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ verſus ortum.
Adulis	12 $\frac{2}{3}$	o $\frac{1}{2}$ ferè verſus ortum.
Dire	12 $\frac{3}{4}$	1 in ortum.
Moſylum	12 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{4}$ verſus ort.
Aromata	12 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{3}$ in ortum.

ANNOTATIONES.

CAPHAS mons non in 17.10. ſed in 27.10. ponendus eſt. Daradus enim flu. ex eo ortus, vt habet Ptol. lib. 4. ca. 6. vicinus illi fonti labitur, qui ex 21.13 $\frac{1}{2}$ ſeptentrionem verſus in Nigirem fluit. Idem ſatis liquet ex gentium quas à Daradis et Sophucæis ad Capham vſq; montem enumerat ordine.

Thupe in 26 $\frac{1}{2}$ 16 $\frac{1}{2}$ notata, ponenda fuit in 16 $\frac{1}{2}$ 16 $\frac{1}{2}$ ita enim ordo oppida Nigris meridionalia deſcribentis poſtulat.

Fluminum ortus quos ſine numeris commemorat ſunt hi. Subus ex Sagapola monte defluit. Ex Mandro monte oriuntur Salathus, Chuſarus, Ophiodus, Nuius & Maſſa. Daradus in monte Capha naſcitur, Stachir in Ryſſadio, & Maſitholus in Deorum curru monte. Bagradas ex Vſargala monte, & Cynyphus ex Girgiri originem trahit, Gir item ex Vſargala & Valle Garamantica monte. Nigir fluuius in Mandro & Thala fontes habens, duo præterea flumina ſuſcipit, vnum à Sagapola, alterum ab Vſargala. Quia verò ex 46.16. in Nubam paludem cadentem fluuium, terra abſcondi, atq; iterum in alium fluuium educi ſcribit Ptol. conſentaneam omnino Solini ſententiam cap. 30.33.35. (qui Nigrem ter intra terræ viſcera abſorberi, terq; rurſus emergere, ac tandem in Nilum teſtatur effluere) ſequutus, Nigirem fluuium ita pinxi, vt per occultos meatus in Girem primum, deinde in Nubam paludem, atque inde rurſum in ſubterraneas ſpecus defluere appareat. Digniſſimum enim obſeruatione eſt hoc naturæ miraculum ad facilè ſoluendam de Nili incrementis quæſtionem, quæ miris modis & perplexitatibus à veteribus recentioribuſque hoc miraculum ignorantibus agitata fuit.

In interiore Æthiopia Danchis mons in 15.3. non autem in 15.13. ſignandus eſt, vt Iouis & Xiphe montium deſignationes ſubiunctæ poſtulant.

Nili paludes à Lunæ montibus niues ſuſcipere ait Ptol. Aſtaboræ autem & Rapti fluuij ortus non deſcribit.

Inſula Menuthias quia magna admodum eſt (nimirum quæ nunc eſt Madagaſcar) & Ptolemæo incognita, veriſimile eſt eius non medium ſed proximum continenti terminum à Ptol. deſignari, ideo & ſignum eius in maris littore conſtitui.

N


Maur
itan
duç
Aph
ri
ca
Getu
lia
Melano
getuli
Gar
Nigritę
LIBYA IN TERI OR
Sinus
Heſpe
Heſpes
ricus
Aethi
OCEANVS
OCCIDENTALIS
Regio Aethiopum
AETHI OPIA INTE R
opes
Agiſymba regio Aethiopum
latiſſime extenſa
Fortunatę in ſulę ſex
Pyrrus campus
Aphricerones magnum genus

T A B:



Cyrena
ica
Marmar
ica
Aegy ptus
Libya exte rior
Lyxamatę
Phasica regio
Danchitę
Calteę
Euonymitę
AETHI
OP
IA
Sabes
Meroe insula
Nubi
Dolopes
Astacuri
Trallytę
Ptoemphanes
Aroncę
Deradi
Memnones
Struthophagi Aethiopes
Derbici
SVB
AE
GYP
TO
RIOR
Elephantophagi Aethiopes
Catadrę
Myrrhifera regio
Pesendarę
Nygbenitę
Cinnamomifera regio
Mastitę
Rapsij Aethiopes
Anthropophagi Aethiopes
Barbaricus sinus
Adulitę
Axumitę
50
60
70
80
90
e
f
g
h
a
b
c
d
30
20
10

ASIAE TABVLA. I.

Continet Pontum cum Bithynia, Aſiam propriedictam, Lyciam, Galatiam, Pamphylıam, Cappadociam, Armeniam minorem, & Ciliciam.

Inſigniorum in ea Ciuitatum cæleſtis ratio.

BITHYNIAE.	Max. dies hora.	Diſt. hor. à merid. Alex.
Chalcedon	$15\frac{3}{4}$	o $\frac{1}{4}$ verſ. occ.
Nicomedia	$15\frac{1}{4}$ ferè	o $\frac{1}{4}$ verſ. occ.
Apamia	$15\frac{3}{10}$	o $\frac{1}{7}$ verſus occ.
Heraclea Ponti	$15\frac{3}{4}$	o $\frac{2}{15}$ in occ.
Nicea	$15\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{4}$ in occ.
ASIAE PROPRIAE.		
Cizicus	15	o $\frac{1}{6}$ verſ. occ.
Alexandri Troias	15 ferè	o $\frac{1}{5}$ ferè in occ.
Pergamus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{5}\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{7}$ In occ.
Smyrna	$14\frac{1}{2}\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{8}$ in occ.
Epheſus	$14\frac{2}{3}$	o $\frac{1}{5}$ verſus occ.
Myletus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{8}$	o $\frac{1}{8}$ verſus occ.
Cnidus	$14\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{4}$ verſus occ.
Sardis	$14\frac{1}{2}\frac{1}{6}$ ferè	o $\frac{1}{8}$ verſus occ.
Magneſia	$14\frac{2}{3}$	o $\frac{1}{8}$ ferè in occ.
Apamiæ Phrygiæ	$14\frac{1}{2}\frac{1}{5}$	ſub Alex. Merid. ferè
Cibyra	$14\frac{1}{2}\frac{1}{5}\frac{1}{6}$	in Alex. merid. ferè
Mitylene	$14\frac{1}{2}\frac{1}{5}\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{4}$ verſus occaſ.
Chios	$14\frac{1}{2}\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{4}$ in occ.
Rhodos	$14\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{4}$ verſus occ.
LYCIAE.		
Patara	$14\frac{1}{2}$	ſub Alex. merid. ferè
Andriaca	$14\frac{1}{2}$	o ferè in ort.
Myra	$14\frac{1}{3}\frac{1}{10}$	parum in ortum.

GALATIAE.	Max. dies hora.	Diſt. hor. à merid. Alex.
Sinope	$15\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{6}$ in ortum.
Amiſus	$15\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{5}$ verſus ortum.
Ancyra	$15\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{6}$ fere verſ ort.
Germa	$15\frac{1}{4}$	parum quid in ort.
Peſſenus	15	parum verſ. ort.
PAMPHILIAE.		
Sida	$14\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{7}$ verſus ortum.
Perga	$14\frac{1}{2}\frac{1}{10}$	o $\frac{1}{8}$ verſus ortum.
Aſpendus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{10}$	o $\frac{1}{8}$ verſus ortum.
Termeſſus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{6}$	o $\frac{1}{6}$ verſus ortum.
CAPPADOCIAE.		
Trapezus	$15\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{5}$ verſus ortum
Comana Pontica	$15\frac{1}{10}$	o $\frac{1}{4}$ fere verſ. ortum.
Maza	$14\frac{1}{2}\frac{1}{3}$	o $\frac{1}{5}\frac{1}{15}$ verſ. ort.
ARMENIAE MINORIS.		
Coma. Cappadociæ	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{5}$ verſ. ort.
Melitena	$14\frac{1}{2}\frac{1}{3}$	o $\frac{1}{3}$ verſus ortum.
Nicopolis	15	o $\frac{1}{5}$ ferè verſ. ort.
Satala	$15\frac{1}{3}$	o $\frac{1}{3}$ ferè in ortum.
CILICIAE.		
Celenus	$14\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{4}$ in ortum.
Pompeiopolis	$14\frac{1}{2}\frac{1}{10}$	o $\frac{1}{4}$ ferè in ortum.
Mallos	$14\frac{1}{2}$	o $\frac{1}{5}\frac{1}{15}$ in ortum.
Tarſus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{10}$	o $\frac{1}{5}$ verſus ortum.
Adana	$14\frac{1}{2}\frac{1}{10}$	o $\frac{1}{5}$ paulò plus in or.

ANNOTATIONES.

In Pontum cum Bithynia.

DIANAE *fanum quia in ore Ponti à Ptol. conſtituitur, abundat apud Mol. Cuſ. Rom. Nou. $\frac{1}{3}$ in lon. quadrat enim lon. 56 $\frac{1}{2}$.*

Aſcanij fluuij oſt. in lat. 42 $\frac{1}{4}$ ſcribitur ab omnibus, ſed obſtat Libyſſa mediterranea, ponendum igitur in 42 $\frac{1}{6}$. Palus Aſcania quia eodem loco cum Paſanio ponitur, non medium eius, ſed qua in fluuium exit, deſignari liquet.

Heracleam Ponti Cuſ. Rom. Nou. Mol. in lat. 43 $\frac{1}{6}$ reponunt, quod Diopolis præcedens & forma littoris non ferunt. Vil. 43 $\frac{1}{4}$ nimium videlicet numerus, vera lat. haud dubiè 43 $\frac{1}{3}$.

In Aſiam propriam

Abydus cum ſit proxima Seſto, nimirum qua breuiſsimus eſt eraſoctus Helleſponti, non conuenit illi lon. quam omnes habent 55 $\frac{1}{3}$ ſed 55 $\frac{1}{12}$.

Aſſum lat. 41 $\frac{2}{3}$. non 41 $\frac{1}{6}$ ob formam littoris poſtulat.

Poſt Poroſelenen vſq. ad Eleam in Ptol. turbatus eſt ordo. Strabo li. 13. poſt Adramyttium hoc ordine hæc Ptol. loca littoralia recenſet: Pitana, Caici flu. oſtia, Elea vrbs, Cana prom. (Ptol. eſt Cane) quod contra Lectum conſurgens Adramytenum ſinum efficit, cuius pars eſt Elaiticus. Quibus Strabonis verbis benè perpenſis licet deprehendere, non ſolum ordinem hic confuſum eſſe, verum etiam littora plane deformata. Nam Cane prom iuxta Ptol. deſcriptionem recte quidem ſitu & poſitione Adramyttenum ſinum cum Lecto efficit, ſed Pitanen & Eleam ab eo excludit. Quod ſi ordinem locorum reſtituere velis, tamen Pitanem & Eleam ante Cane prom. reducere conſenſus exemplarium in ordine & numeris non patitur. adde quod tum forma littoris magis vitiata erit. Quamobrem Ptolemæi haud dubiè hic eſt error, quem quiſpiam caſtigare volens poſt Poroſelenen ante Cane prom. & Æolidis deſcriptionem, Pitanem & Caici oſtia ac fontes retraxit, & quum reliqua delere aut mutare erubeſceret, Pitanam Eleamq. in Eolide poſt Cane prom. cum Ptol numeris reliquit, ita bis Pitanem habemus ſemel ante, ſemel poſt Cane prom. & tamen ſub iiſdem numeris. Itaq. Ptolemæi (quem Caici oſtium & fontes inter Cane prom. & Pitanem recenſuiſſe perſuadeor) mentem ſequutus, Cane prom. in 56 $\frac{1}{2}$. 39 $\frac{1}{6}$ cum Mol. potius, caſtigaturus hæc in tertio geographicarum tabularum tomo.

Cumam in lon. 57 $\frac{1}{3}$ collocant, ſed Hydra præcedens & vera littoris forma 57 $\frac{1}{2}$ poſtulant.

Caiſtri flu. oſtia pro littoris vera forma lon. 57 $\frac{1}{3}$ requirunt, non 57 $\frac{1}{4}$. Lyci cum eo commixtio in lon. 60. male ponitur ab exempl. id docet Laodicea ſitus, quæ Lyco alluitur. Cum ergo propè hanc veterum teſtimonio fiat commixtio, in 59 $\frac{1}{12}$ illa reponenda eſt. Lyci fontes non in lat. 37 $\frac{1}{4}$. vt habent omnes ſed in 37 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ conſtituendi, alioqui in Lyciam longè penetraret, neq. hic erant à Ptol. ſine externa originis ſignificatione commemorandi.

Communis terminus Aſiæ minoris & Lyciæ quem exempl[illegible] in 59 $\frac{1}{3}$ 37 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ collocant, reponendus eſt in lat. 37 $\frac{1}{2}\frac{1}{12}$.

O alioqui-


PONTUS
Thra
ciç
pars
Propon
tis
Paphlagonia
Marian
dini
PONTUS
BITHYNIA
Bogdomanis
Zygiani
Mysia
Mysia maior
Moccadini
Phrygia
ASIA MINOR quę proprie Asia dicitur
Tectosages
Lesbos
Icarium pelagus
Myrtoum mare
Rhodus
Rhodiense pelagus
Carpathos insula
Mare Lycium
Pamphylium mare


Pontus
Armeniæ
maioris
pars
Syriæ pars
Cilicia
Cy
prus
Medius meridianus 64.
reliqui ad hunc inclinantur
ratione parallelorum 38. 42.

alioqui linea hinc in proximè verſus ortum ſequentem terminum minimè conueniret. Et qui in $62\frac{1}{6}$. $39\frac{1}{3}$ malè aſſignatur (vt qui & ipſe non rectè inter oppida & regiones diſtingueret) in $62\frac{1}{6}$ $39\frac{1}{3}$ reſtituendus eſt.

In long. Scepſis & Hieragerma permutatæ ſunt fractiones, ponenda Scepſis in $56\frac{1}{6}$. Hieragerma in $56\frac{1}{2}$. Scepſis enim Idæ monti propinquior eſt, & progreſſus deſcriptionis ab hac in Hieragermam ita requirit.

Moſteni omnibus eſt in lon. 58. at ex Plinio videtur non vſque adeò propinqua eſſe Thyatiræ, ideo omiſſum puto $\frac{1}{6}$.

Magneſia quia Sypilo monte adiacet & Pactolo flumine, non in lon. $58\frac{1}{3}$ locari, ſed in $58\frac{1}{6}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ debet.

Sardes ratione Magneſiæ præcedentis lat. minorem quàm $39\frac{1}{4}$ requirit, poſui in $39\frac{1}{12}$.

Iouis fanum Vil. Mol. Cuſ. Non. eſt in lat. $38\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. at Rom. habet $38\frac{1}{6}\frac{1}{3}$, colligo veriſimiliter $38\frac{1}{6}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.

Apolloniam omnes ferè in lat. $37\frac{1}{6}\frac{1}{12}$ ponunt, at ſequentes Orthoſia & Heraclea $37\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ exigunt.

Neapolis latitudinem Vil. Mol. Rom. $37\frac{1}{6}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ non fert propter præcedentes Apolloniam & Heracleam, & Cuſani $37\frac{1}{6}\frac{1}{12}$ minor iuſto videtur propter Cadmum montem, multoq́ magis Non. $37\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. veriſimile videtur in $37\frac{1}{6}\frac{1}{6}$ ponendam eſſe.

Barigaza iuxta Moletum poſita Amyzon lat. non $37\frac{1}{6}$ ſed $37\frac{1}{3}$ poſtulabat.

Idimus non in lon. 58 eſt collocanda propter præcedentes Mylaſſam & Adeſſum, ſed in 59. Similiter non in lat. $36\frac{1}{6}\frac{1}{6}$ propter præcedentem Alindam, ſed in $36\frac{1}{6}\frac{1}{12}$ vt Cuſ. & Rom. vel potius in $36\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ vt Non. vt etiam poſui.

In Pyſti lat. apud Vil. Mol. Cuſ. Rom. abundat $\frac{1}{6}$ propter Thoram præcedentem, poſui ergo in $36\frac{1}{12}$.

Septe haud dubie eſt in lat. $40\frac{1}{4}$ non $40\frac{1}{6}$ propter Dædalam & Cados ſequentes.

Tribanta exiſtimo in lat. $40\frac{1}{6}\frac{1}{12}$ habere propter ſequens Cottanum, quod omnes vno Non. excepto in $40\frac{1}{3}$ vnanimiter conſtituunt, ſed $40\frac{1}{6}\frac{1}{4}$.

Metropoli in lat. omnes ſupra $39\frac{1}{12}$ addunt $\frac{1}{3}$ vel $\frac{1}{2}$. ſed malè, Sectorium enim & Silbium præmiſſa non patiuntur.

Temiſonium omnes ferè in lat. $38\frac{1}{6}$ habent, quam non patitur præcedens Sanis, ſolus Non. habet $38\frac{1}{4}$. puto ex $\frac{1}{6}$ reſtituendum eſſe $\frac{1}{3}$.

Lesbos inſ. errorem deformatæ continentis oppoſitæ ſequitur, quum enim reuera ab occaſu in ortum extendatur, hic in meridiem procurrit.

Icaria inſ. omnibus eſt in lon. $56\frac{1}{6}\frac{1}{4}$. ſed pro ſitu Sami inſulæ abundat $\frac{1}{6}$. & eadem cauſa lat. eius eſſe debet $37\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ non $37\frac{1}{3}$ aut $\frac{1}{3}$.

Ampelos in Samo ſine dubio omni pro $56\frac{1}{4}$ longitudinem $56\frac{1}{6}$ habere debet, non enim tam longa eſt inſula, nec Icariam prætergreditur.

Arteſine Begialis & Minya tres apparent eſſe inſ. quia Amurgi nomen in Ptol. excidit. vna enim Amurgus ſunt om̃s.

In Galatiam.

CONICAM *ſtatuunt in lon. $62\frac{1}{6}$. ſed deeſt $\frac{1}{6}$. ita præmonſtrante Pompeiopoli.*

Veteſtum in lon. $62\frac{1}{3}$. quam conſtituunt exempl. vnus gradus abundat, excurreret enim longius in Tectoſagas.

Ancyra propter ſequentem Olenum non in $62\frac{1}{3}$ aut $\frac{1}{3}$ lon. habet, ſed in $62\frac{1}{12}$.

Landoſiam omnes in lat. $40\frac{1}{6}$ locant, ſed veriſimile eſt Tectoſagas non ita in Bycenos excurrere.

Tauium & Laſtoſia videntur inuerſo ordine recitari.

In Pamphyliam.

OSTIORVM *Ceſtri & Eurymedontis latitudines commutatæ ſunt, $36\frac{1}{6}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ Ceſtro, $36\frac{1}{6}$ Eurymedonti competit, vt etiam Romana tabula conſentiunt.*

Beudos antiquum in lat. $38\frac{1}{6}$ omnes ponunt, ſed præcedentes Seleucia & Antiochia $38\frac{1}{3}$ legendum oſtendunt.

Liſinia 38. lat. habet, non $38\frac{1}{6}$ vt exempl. propter Conanam præcedentem.

Menodemium propter præmiſſam Poglam lat. $37\frac{1}{3}$ non admittit, ſed pro $\frac{1}{3}$ ſcribendum $\frac{1}{2}$.

Termeſſum ponunt omnes in lon. $62\frac{1}{6}$. at Corbaſa poſito præcedens non admittit, quum ſit contra ordinem Ptol. ex lon. $62\frac{1}{3}$ ad $62\frac{1}{6}$ in ſuperioribus redire, poſui ergo veriſimiliter in lon. $62\frac{1}{3}$.

Cebyram omnes præter Non. in lat. $37\frac{1}{6}\frac{1}{4}$ ponunt, ſed abundat $\frac{1}{4}$. ſi enim illo loco conſtitiſſet, à Laerte Caſſas procedens Ptol. non relicta huic proxima Cybera prius ad Lyrben & Calobraſſum retroceſſiſſet, ac poſtea Cebyram reuerſus eſſet, tali enim confuſa diſcurſione vti non conſueuit.

Crumbuſa inſ. latitudinem $36\frac{1}{6}\frac{1}{3}$ ab omnibus poſitam vel ipſa littora redarguunt.

In Cappadociam.

TERMINVS *Cappadociæ quem omnes conſtituunt in $71\frac{1}{3}$ 38. propter Sianam propinquam in lon. $71\frac{1}{3}$ ponendus eſt.*

Pontum Cappadocium Ptol. diuidit in Sidenem regionem & Ciſſios. Sidene in littore extrema poſſidet Iſtbopolim & Trapezuntem. Siſſia autem Pitiuſam & Sebaſtopolim.

Abſorrum opp. in lat. $44\frac{1}{6}$ ſcribunt, ſed quia flumio cognomini adiacere dubium non eſt, poſui in lat. $44\frac{1}{6}\frac{1}{3}$. cui accedere videntur Cuſ. Rom. dum $42\frac{1}{4}$ ſeruant amiſſo opinor $\frac{1}{3}$.

Saurania propter ſequentes Megaludam & Sabaliam lat. non $41\frac{1}{6}$. ſed $41\frac{1}{6}\frac{1}{4}$ neceſſariò habet.

Zephyrium Non. ponit in lat. 43. reliqui in $40\frac{1}{3}$. ſed corruptæ omnes, reſtituendi ſunt gradus $42\frac{1}{6}\frac{1}{3}$.

In Armeniam minorem.

ARMENIAM *minorem Ptol. partem facit Cappadociæ, terminat enim Cappadociam Cilicia & monte Tauro vſq; ad Euphratem, & deinde Euphrate, Armeniam nimirum minorem comprahendens.*

Campe in lat. 40. ab omnibus ponitur excepto Non. qui $\frac{1}{6}$ addit, neutrum ſequentes Mazora Oromandus & Iſpa admittunt, exiſtimo ſcribendum $40\frac{1}{6}\frac{1}{3}$. vt in hac Æulanam abſoluat Ptol. & deinceps Horſenam ſub Antitauro monte deſcribat.

Semiſus quia poſt Leugeſam & Carmalam ſequitur, lat. habet $39\frac{1}{6}$. non $39\frac{1}{3}$. nec etiam 39. quia Caparcelis hunc locum occupat.

In Ciliciam.

IN *Aueuario & Orimagdi fluuij oſtio facta eſt latitudinum permutatio, id forma & veritas littoris oſtendit.*

ASIAE TABVLA. II.

Continet Sarmatiam Aſiaticam.

Inſigniores in ea Ciuitates hanc habent rationem cœleſtem.

	Maxima dies hora.	*Diſtantia horaria à merid. Alexand.*
Hermonaſſa	15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	o $\frac{1}{6}$ verſus ortum.
Oeuanthia	15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{12}$ ferè verſus occaſum.
Tanais	17 $\frac{1}{3}$	o $\frac{1}{4}$ ferè in ortum.
Tyrambe	16 $\frac{5}{12}$	o $\frac{1}{3}$ ferè verſus orientem.
Naubaris	17 $\frac{1}{4}$	o $\frac{1}{3}$ verſus ortum.

ANNOTATIO.

IN *Bata portu & Bata oppido permutatæ ſunt latitudines, debetur 47 $\frac{1}{6}$ portui, & 47 $\frac{1}{3}$ oppido, in qua & Pſychri fluuij oſtium collocandum eſt, non in 47 $\frac{1}{6}$ vt habent exemplaria. Alioqui magnus admodum crearetur ſinus ab Hermonaſſa vſque ad Batam portum, qui eo loci non exiſtit, ſed duo ſunt in Hydrographicis tabulis minores ſinus, quibus eleganter ſinus ad Sindam, & ſinus ad Batam ac Pſychrum, hic deſcripti reſpondent.*

Caucaſi finis occidentalis omnibus eſt in 75. 47. at rectius in Colchidis deſcriptione ſcribitur 75. 47 $\frac{1}{6}$. Si enim cousque communis terminus Colchidis & Iberiæ extenditur, non poteſt hic Caucaſi Sarmatiam ab Iberia diuidentis occiduus terminus in latitudine 47. conſtitui.

P


Sarmatici
oceani
pars
Sali
Hyper
borei
Basilicę id est Regij
Sarmatę
Modocę
Pagiritę
Zacatę
S A R
Suardeni
Borusci
Periebidi gens magna
Chanides
Sarmatiæ
Nasci
Europææ
pars
Ophlones
Sturni
Tanaitę
Alaunij
Osyli
Iaxa
matę
Siraceni
T I A
Pesti
MÆOTIS PALVS
Themæotę
Tyrambę
Arichi
Ziuchi
Taurica cherso
Bosph
nesus
orani
Cona
pseni
Ago
Colchi
dis
pars
Ponti
Euxini
pars

TAB:



Hyperborei montes
Vlterior terra incognita
Sar
ma
tę
Rha fluuius occidentalis
Hippophagi Sarmatę
Rha fluuius orientalis
Medius meri dianus 75, reliqui ad eum inclinati ſunt ratione 50 & 5o parallelorum.
M
A
Aſaei
Neſioris regio
thirophagi
Materi
Canodip
ſas
regio
Rha fluuius
Mithridatis regio
A
S
I
A
Sapotrenę
Melanchlęni
Scythię
intra
Coraxi
Scymnitę
Amazones
Imaum
pars
Orinei
Surani
Alexandri columnę
Vali
Orgaſi
Socani
T
I
C
A
Serbi
Vdę
Duduri
Olondę
Tuſci
Iſondę
Gerri
Sana
rei
Albanię
pars
HYRCANI ſiue Caſpij maris pars
80
85
90
95
60
58
56
54
52
50
48

ASIAE TABVLA. III.

Continet Colchidem, Iberiam, & Armeniam maiorem.

Ciuitates clariores cœleſtem obſeruationem habentes ſunt.

COLCHIDIS.

	Maxima dies hora.	*Diſtantia horaria à merid. Alexand.*
Dioſcuria	$15\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$0\frac{1}{3}\frac{1}{15}$ verſus ortum.
Phaſis	$15\frac{1}{2}$ ferè.	$0\frac{1}{3}\frac{1}{6}$ verſus ortum.
	IBERIAE.	
Artaniſſa	$15\frac{2}{3}$	1 in ortum.
Armactica	$15\frac{1}{2}$ ferè.	1 verſ. ortum.
	ALBANIAE.	
Gatara	$15\frac{2}{3}$	$1\frac{1}{3}$ ferè verſus ortum.
Albana	$15\frac{1}{2}$	$1\frac{1}{3}\frac{1}{15}$ verſus ortum
	ARMENIAE MAIORIS.	
Artaxata	$15\frac{1}{3}$	$1\frac{1}{3}$ verſus ortum.
Armauria	$15\frac{1}{6}$ ferè	$1\frac{1}{12}$ in orientem.
Thoſpia	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}\frac{1}{8}$	1 ferè in orientem.
Artemita	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}\frac{1}{20}$	$1\frac{1}{4}$ ferè in ortum.
Arſamoſata	14	$0\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ in ortum.

Hanc vltimam ſolus Nou. habet, fortè ab aliquo adiecta fuit.

ANNOTATIONES.

In Colchidem.

SIGANEVM Vil. & Mol. ponunt in lat. $45\frac{1}{2}$ at Cuſ. Rom. & Nou. in $45\frac{11}{12}$ ego ſuſpicor Cianeum fluuium & Siganeum, opp. eiuſdem nominis eſſe, ac ſibi mutuo vicina, Forte lat. à Ptol. annotata fuit $46\frac{1}{2}$. aut ſi in 45 manendum eſt, adiecta fuere $\frac{1}{12}\frac{1}{12}$, a quidem ſola coniectura vſus in 46. mediocris lat. conſtitui.

In Iberiam.

MERIDIONALE Iberiæ latus, terminum ſuum orientalem ex plurium poſitione habet in 76. $44\frac{1}{2}$. qui locus cũ Zaliſſa concurrit, hoc nomine minimè conueniens, ſolus Nou. latitudinem habet $44\frac{1}{3}$. quæ optime quadrat, verum lon. omnibus communis in $76\frac{1}{2}$ commutanda eſt, ita ab occiduo huius lateris termino in orientalem ducta linea Zaliſſam Iberiæ rectè includit, & hinc in Septentrionem tendens limes Bauchiam ab Albania, vt æquum eſt, non auſert. Habet enim Ptol. vſitatum, vt limites à ſigno in ſignum rectà duci intelligas.

Artaniſſam ſuſpicor in lat. $45\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ ponendam, licet exemplaria habeant 46. Si enim vſque adeò propinqua fuiſſet Varicæ, videretur potius à Varica per Artaniſſam ad Suram progreſſurus fuiſſe, quàm à Varica per Suram ad Artaniſſam, præcipuè cum ad Meſtletam continuò deſcendendum eſſet, nullis amplius ortum verſus in eo climate ciuitatibus conſtituendis.

In Albaniam.

ALBANI fluuij oſtia omnes conſtituunt in lon $80\frac{1}{2}$. ſolus Rom. in $82\frac{1}{2}$. propius Albanam ciuitatem et debitum locum, ego ex coniectura propter formam litoris poſui in $81\frac{1}{3}$.

Helodes inſulas ponunt in lat. 45. cõijcio $\frac{1}{2}$ omiſſum eſſe, quod propinquiores littori eſſe planè ſit veriſimile.

Fluuium qui in Cyrum fluit, & item Albanum ſcribit Ptol. ex Caucaſo ortum habere.

In Armeniam maiorem.

FINIS limitis orientalis ad Aſſyriam in $80\frac{1}{2}$ 40. ſcribitur, ſed certum eſt $\frac{1}{2}$ in lon. abundare, atq; à lat. ad lon. tranſlatum eſſe apparet, latitudo tamen non $40\frac{1}{2}$. ſed $39\frac{1}{2}$. communibus terminis Mediæ, Armeniæ, & Aſſyriæ congruit.
Terminus in Euphrate ad Taurum montem non long. $72\frac{1}{2}$. ſed $71\frac{1}{3}$. propter Sianauam oppidum requirit.

Toga in lon. quidẽ $78\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ eſto, ſed lat. $43\frac{1}{2}$ minor iuſto eſt propter ſequentes Guſmã & Arſaratã: poſui ergo in $43\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$

Cocomana propter præcedentem Cozalam lon. non $75\frac{1}{2}$. ſed $75\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ poſtulat.

Buana in $76\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. 40 ponendum in lon. $76\frac{1}{2}$ propter Cholimmam ſequentem.

Diuertigij Euphratis quod per mediam Armeniam fluit, fontes quidem iuxta Abum montem eſſe dicit Ptol. commixtio autem cum Euphrate quo loco fiat non ſcribit, niſi quod non longè à montium fine in $73\frac{1}{2}$. $40\frac{1}{2}$ conſtituor id fiat, & Sophenem regionem eius diuertigio coniungit ad Septentrionale, vt omninò videtur latus illorum montium, qui ob Abo mõte in Euphratem excurrunt, cui poſitioni & hoc aſtipulari videtur, quòd Tarinam poſt Cholua m & Sogocoram in eadem latitudine retrorſum deſignat, quod vt contrarium ordini ſuo non facturus fuiſſe videri poteſt, niſi ſupra flumen illud ſit an primum recenſere voluiſſet.


PONTI EVXI
NI PARS
COLCHIS
IBERIA
Ponti Cappadociȩ pars
Baſiliſſene
Hobordene
A R M E
N I A
Sophene
Aſtaunitis
Acilifene
M A
I O R
Anzitene
Bagranda
Thoſpitis
Gordene
Melitene
Armeniæ
Corinea
Meſopotamię
pars
Aſſyriæ
Calacine
Syracene
Toſarene
Totene
Cortea
Zalæ
Manrali
Sarmatię
Zani
Bucche
Co
tacene


Aſiaticę pars
ALBA
NIA
HYRCANI ſiue CAS
PII MARIS
PARS
Colthene
Caſpij
Caduſij
Antro
pa
tia
Mediæ
Carduchi
pars
Marundę
Margaſi
Mardi
Marciana
Arrapa
chitis
pars
Arbelitis

ASIAE TABVLA IIII.

Continet Cyprum, Syriam, cuius pars eſt Paleſtina, quæ & Iudæa, Arabiam Petræam, Meſopotamiam, Arabiam deſertam, Babyloniam.

Celebrium in ea ciuitatum obſeruationes cœleſtes, ſunt hæ.

CYPRI.

	Maxima dies hora.	*Diſtantia horaria à merid. Alexand.*
Paphus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{12}$	$0\frac{2}{3}$ verſus ortum.
Amathus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{12}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{15}$ verſus ortum.
Salamis	$14\frac{1}{2}$ ferè	$0\frac{1}{3}\frac{1}{8}$ verſus ortum.
	SYRIAE.	
Laodicia	$14\frac{1}{2}\frac{1}{12}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{15}$ verſus ortum.
Hierapolis	$14\frac{1}{2}$ & parum quid	$0\frac{2}{3}\frac{1}{15}$ verſus ortum.
Apamia	$14\frac{1}{2}\frac{1}{24}$	$0\frac{2}{3}$ verſus ortum.
Palmyra	$14\frac{1}{2}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{6}\frac{1}{24}$ verſus ortum.
Heliopolis	$14\frac{1}{3}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{15}$ in ortum.
Panias Cæſarea	$14\frac{1}{3}$	$0\frac{2}{3}$ ferè in ortum.
Damaſcus	$14\frac{1}{3}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{15}$ verſus ortum.
	IVDAEAE.	
Cæſarea Stratonis	$14\frac{1}{3}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ verſus ortum.
Aſcalon	$14\frac{1}{4}$ ferè	$0\frac{1}{2}$ verſus ortum.
Neapolis	$14\frac{1}{3}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ in ortum.
Aelia Capitolia	$14\frac{1}{4}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{15}$ in ortum.
	ARABIAE PETRAEAE.	
Petra	14	$0\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ verſus ortum.
Medaba	14 & parum quid	$0\frac{1}{2}\frac{1}{15}$ in ortum.
Boſtra	$14\frac{1}{8}$	$0\frac{2}{3}$ ferè in ortum.
	MESOPOTAMIAE.	
Edeſſa	$14\frac{2}{3}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ verſus ortum.
Niſibis	$14\frac{2}{3}$	1 verſus ortum.
Nicephorium	$14\frac{1}{2}\frac{1}{12}$	$0\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{15}$ in ortum.
Lambana	$14\frac{1}{2}$	$1\frac{1}{6}$ in ortum.
Seleucia	$14\frac{1}{2}$ ferè	$1\frac{1}{6}$.
	BABYLONIAE.	
Babylon	$14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$	$1\frac{1}{4}$ verſus ortum.
Barſita	$14\frac{1}{3}$	$1\frac{1}{4}$ ferè in ortum.
Vrchoa	$14\frac{1}{4}$ ferè	$1\frac{1}{4}$ ferè in ortum.
Teredon	$14\frac{1}{12}$	$1\frac{1}{3}$ in ortum.

ANNOTATIONES.

In Cyprum.

PAPHOS *vetus in long. $64\frac{1}{2}$ locatur ab omnibus, excepto Nou. qui $64\frac{2}{3}$ habet, at præcedentis Drepani prom. poſitio huic $64\frac{1}{2}\frac{1}{12}$. poſcere videtur.*

Zephyrium prom. à Nou ponitur in lon. $64\frac{2}{3}$ à reliquis in $64\frac{1}{2}$. ſed præcedentis Drepani ſitus requirit $64\frac{2}{3}$. Et quia hucuſque Ptol. deſcribit latus occidentale Cypri, minor illi lat. conuenit, quàm quæ eſt Drepani, proinde non in $35\frac{1}{12}$. vt habent exemplaria, ſed in $34\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ ponendum cenſui.

Phrurium prom. Nou. in lon. $64\frac{2}{3}$ reliqui in $64\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. at ego in $65\frac{1}{4}$ poſui forma littorum ſic exigente.

Curium ponunt omnes in 65. 35. at ego exiſtimo in $65\frac{1}{4}$. 35. ponendum, ne ſinus inter Phrurium & Curiadem nimium ſuprà veritatem amplietur, cum uerò ſic & littora hactenus vtcunque verum formam exhibent.

In Syriam.

IN *Sidonis lat. cõis $\frac{1}{4}$ gradu deficiunt, poſui ergo $33\frac{1}{2}\frac{1}{12}$. quanquã fortè $\frac{1}{12}$ loco $\frac{1}{4}$ mendoſè ſcriptũ habeãt, vt fiat lat. $33\frac{1}{4}$.*

Terminum Syriæ orientalem quem in $70\frac{1}{4}$. $31\frac{1}{4}\frac{1}{3}$ poſui, exemplaria in $70\frac{1}{2}$. $30\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ conſtituunt, ſed malè. Ptol. enim à termino 68. $31\frac{1}{4}$. in hunc rectam quodammodo lineam duci intelligit, quæ Boſtram ab Arabia Petræa excludere non debet, deinde & orientale latus Petrææ ab hoc termino in 70. $30\frac{1}{2}$. protrahit, vt rectè noſtra termini huius poſitio conueniat.

Vadum Euphratis non in lon. 73. vt ponunt, ſed in $73\frac{1}{3}$ eſſe debet, quia Tapſaco propinquum Ptol facit.

Terminum ſeptent. ad Euphratem conſtituunt in $71\frac{1}{3}$. 38 ſed hoc Siauana Armeniæ maioris ciuitas non patitur, ponendus ergo eſt $71\frac{1}{3}$ 38.

Pieria mons à Nou. ponitur in lat. $35\frac{1}{3}$. à reliquis $35\frac{1}{4}$ exiſtimo in $35\frac{1}{4}\frac{1}{3}$ propter Seleucidem regionem, quam hic haud dubiè à Pieria regione, ad quam ipſe pertinet, dixit.


Medius meridianus 72 ad quem reliqui inclinantur iuxta rationes parallelorum 31. 36. ad circulum maximum
Cappadociç pars.
Armeniç
Ciliciæ pars
Ciliciç fretum
Iſſicus ſinus
Pamphylium mare
CYPRVS
Amathuſa
Mare Aegyptium
Mare Syrium
Caſſiotis
Apamena
Chalcidice
Palmyrena
Batanea
Saccęa
Samaria
Paleſtinæ pars
Aegypti pars
Munichiatis
Saracena
Pharanitç
Rarheni
ARABIA PETREA
Arabiæ
Agubeni
Sinus Arabicus
Flanites ſinus
Montana Nigra
Fœlic



maioris pars
Anthemuſia
Calacine
Aſſy
riæ pars.
Adı abene
Gara
mei.
Chalcitis
Gauzanitis
Acabene
ME
SOPO
TAMIA
Ingine
Sittacene
Auchani
tes regio.
Mardocęa
Catanij
Cauchabeni
Strophades
Meliteṅe
Chaldęa
Aeſitæ
Suſianę
pars.
IA DESERTA
Marteni
Maſani
Rhaabeni
Orcheni
Sinus Per
ſicus.
Fœlicis
pars
Montana Fœlicis Arabiæ

Bena poſt Berroeam recenſetur in eadem lat. apud omnes contra rationem ordinis, ſuſpicor ordinem locorum inuerſum eſſe apud Ptol. Similiter in Derrima & Chalybone, niſi forte Derrima in lat. 35 $\frac{2}{3}$. ſit ponenda.

Speincea in 71 $\frac{1}{3}$. 34 $\frac{2}{3}$. à reliquis ponitur, ſolus Non. lat. habet 34. ſcriba rum vitio, at in omnibus haud dubiè deſideratur $\frac{1}{12}$. vt fiat lat. 34 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{6}$. alioqui Chalibonitis in Palmyrenam excurreret mediam penè.

Putea in Palmyrena lat. habet in exemplarib. 34 $\frac{1}{2}$ at ratione praecedentium Cholle. Oriza & ordinis minorem habere debet, poſui ergo in 34 $\frac{1}{3}$.

In Paleſtinam.

ANTHEDONEM *Ægypti extremam poſuit Ptol. in eadem long. & lat quibus hic perperam ergo in hac tabula & in eius opere repetitur.*

Gazeorum portus & Aſcalon in opere Ptol. non rectè deſignantur, quia enim rectè ferè ordine inter Azotum & Anthedonem ſita ſunt, Gazeorum portum in loco Aſcalonis 65. 31 $\frac{2}{3}$. Aſcalonem verò in 65 $\frac{1}{6}$ 31 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. pro verò gorum ſitu collocare conuenit, & quia Gaza cum ſuo portu non reſpondet, pro 65 $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{3}$. lon. lat. autem 31 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$. aut 31 $\frac{1}{4}$ cenſeo ponendum eſſe 65 $\frac{1}{12}$. 31 $\frac{2}{3}$. talis enim eſt eius ſitus reſpectu circunſtantium.

Caparcotia in lon. 66 $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{3}$ vt omnes habent, non conuenit, ſed reſpectu Iuliadis rectè in lon. 67 $\frac{1}{4}$. & iuxta Non. Cuſ. in lat. 32 $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{12}$. collocatur.

Geneſaritis lacus in 32 $\frac{2}{3}$. lat. omnibus eſt, ſed ponendus in 32 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. ratione Iuliadis & Caparcotia.

In Arabiam Petream.

CLETHARRO *lon. habet in exemplaribus 67. Non. ponit 67 $\frac{2}{3}$. ſed quia praecedentes loci Thoana & Neclaeadem long. habent, $\frac{1}{4}$. illi adieci ratione ordinis.*

In Esbuta & Ziza videntur numeri lon. permutati apud Vill. & reliquos, ideo Esbutam in 68 $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{4}$. Zizam in 68 $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. poſui, ordinis cauſa.

Coracem omnes conſtituunt in 98. 30. $\frac{1}{12}$. ſed quia poſtremo loco deſcribitur, in 70. 31 $\frac{2}{3}$. proculdubio ponenda eſt.

In Meſopotamiam.

S*Acane omnibus eſt in lon. 72. ſed poſt Ammeam, Sumam & Sarranam 74. requirit ordo.*

Azama omnibus eſt in 74 $\frac{1}{6}$. 37 $\frac{1}{4}$. ſoli Non. eſt in 74 $\frac{1}{4}$ 37 $\frac{1}{4}$ ratio ordinis autem aliam poſtulat & maiorem latitudinem, ſequentes enim loci Sizama Sinna & Mombura eius latitudinis loca occupant; ſuſpicor fractiones long. & lat. permutatas eſſe, & lon quidem ponendam eſſe cum Non. 74 $\frac{1}{4}$. lat. autem 37 $\frac{1}{3}$.

Sinna à Non. ponitur in lat. 37 $\frac{1}{6}$. reliqui omnes in 37 $\frac{1}{3}$ conſtituunt, veriſimile eſt $\frac{1}{12}$. in $\frac{1}{6}$ corruptum fuiſſe.

Bubiga poſt Niſibin non lat. 37 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$. ſed 37 $\frac{1}{2}$ poſtulat.

Elya 74 $\frac{1}{3}$ lon. apud reliquos habet, credo pro $\frac{1}{3}$ ſcribendum eſſe $\frac{1}{2}$. vt habet Non. Latitudinem ordo eius poſt Orthagam poſtulat 35 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{3}$. non 36 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$.

In Arabiam deſertam.

O*Baraìn lat. 29 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{3}$. non 30 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{3}$ vt habent exemplaria, conſtitui debet. antea enim eius latitudinis ciuitates ordine deſignauit.*

In Babyloniam.

P*Aludes quas faciunt Maarſares & Regius flu. nequaquam in lat. 32 $\frac{1}{2}$ vt habent exemplaria, ſed in 34 $\frac{1}{2}$ reponendae ſunt, id oſtendit locus confluxus eorundem fluuiorum; & veterum autoritas, qui iuxta vrbem Babylonem hos lacus eſſe aſtruunt. Vide Diod. Siculum lib. 17. anno Alexandri Magni 12.*

Babylonem Ptol. fluuio diuiſam facit, quem etiamſi non nominat, tamen Baſilium eſſe inde conſtat, quod cum antea Babyloniam regionem duobus fluminibus Baſilio & Maarſare perflui dixiſſet, tunc vno Babylonem per lui, ad alterum autem Maarſarem nomine, Volgeſiam & Barſitam ſitas eſſe aſſerit. Quare vbi prius ſcriptum eſt: Fluuius autem per regionem Baſilius, & qui per Babylonem fluit Maarſares nomine, mendum haud dubiè eſt, & legendum: Fluuius autem per regionem Baſilius, qui per Babylonem fluit, & qui Maarzares nominatur. Cum autem ſubiungit: qui Euphrati miſcetur, &c. non obſcurè innuit Baſilium Euphratem eſſe. Baſilium ibi dictum ad differentiam alterius alu⟨e⟩i Maarſaris, quod principalis ſit Euphratis curſus, ideoq; deinceps poſt Maarſaris confluxum Euphratem vocat, & iuxta Apamiam Tigri miſceri, in Meſopotamia deſcriptione dicit. Plurium autem veterum autoritate Babylonem Euphrate mediam diuidi conſtat.

ASIAE TABVLA V.

Continet Aſſyriam, Mediam, Suſianam, Perſidem, Parthiam, Carmaniam deſertam.

Ciuitates inſigniores, quarum ſitus ex cœleſtibus obſeruatus, ſunt hæ.

ASSYRIAE.

	Maxima dies hora.	*Diſtant. horaria à meridiano Alexandriæ.*
Ninus, quæ & Niniue	$14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$	$1\frac{1}{6}$ verſus ortum.
Arbela	$14\frac{1}{2}\frac{1}{8}$	$1\frac{1}{3}$ verſus ortum.
Creſiphon.	$14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$	$1\frac{1}{3}$ in ortum.
	SVSIANAE.	
Suſa	$14\frac{1}{6}$	$1\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ in ortum.
Tariana	$14\frac{1}{3}$	$1\frac{3}{4}$ ferè in ortum.
	MEDIAE.	
Cyropolis	15	$1\frac{1}{3}$ in ortum.
Ecbatana	$14\frac{2}{3}$	$1\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ in ortum.
Arſacia	$14\frac{3}{4}$	$1\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{15}$ in ortum.
Europus	$14\frac{1}{2}\frac{1}{12}$	$2\frac{1}{4}$ ferè in ortum.
	PERSIDIS.	
Axima	$14\frac{1}{3}$ ferè	$1\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ in ortum.
Perſepolis	$14\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{15}$ in ortum.
Maraſſium	$14\frac{1}{3}$	$1\frac{5}{6}$ in ortum.
Taoca	14	2 ferè in ortum.
	PARTHIAE.	
Hecatompylus	$14\frac{2}{3}$	$2\frac{1}{3}$ in ortum.
Ambrodax	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ ferè	$2\frac{1}{3}$ ferè in ortum.
Artacana.	$14\frac{1}{2}$	$2\frac{1}{3}\frac{1}{12}$ in ortum.

ANNOTATIONES.

In Aſſyriam.

DARNAM Nou. habet in lat. 39 $\frac{1}{6}$ ſed quia cæteri omnes loco $\frac{1}{4}$ habent $\frac{1}{4}$ libentius in 39 vitium eſſe credo, & legendum 38 $\frac{1}{4}$. nam 39 $\frac{1}{6}$ extra præſcriptos Aſſyriæ limites excurrit, & mox in eiuſdem climatis eadem latitudine ſequitur Theſara, quam alioqui ſolam, & Degia Comopolis viciniorem, in ſequens clima forte diſtuliſſet.

Gangamela Nou. rectè eſt in lat. 37 $\frac{1}{4}$. quanquam alij omnes 37 tantum habeant, id conuincit ordinis ratio, ſequente nimirum Sarbena in 37.

In Mediam.

